


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01741274 3

HANDBOUND
AT THE



UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

26 8360

1



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

CORPVS

GLOSSARIORVM LATINORVM

A

GVSTAVO LOEWE

INCOHATVM

AVSPICIIS SOCIETATIS LITTERARVM REGIAE SAXONICAE

COMPOSVIT RECENSVIT EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

VOL. III



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXII

HERMENEVMATA
PSEVDODOSITHEANA

EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

ACCEDVNT HERMENEVMATA MEDICOBOTANICA VETVSTIORA

EG

31528
12/12/93


LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXII

ЛІТЕРАТУРНИЙ НАСТАВ

ПРЕДЛОЖЕННЯ ТА ЗАМІТКИ

ПРО ПРАВИЛА



LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEVNERI 1911

SYLLOGO · PHILOLOGICO · GRAECO

CONSTANTINOPOLITANO

HAEC

VETVSTISSIMA · GRAECORVM · ET · ROMANORVM · COMMERCII
TESTIMONIA

D. D

GEORGIVS · GOETZ

PRAEFATIO

Tertii voluminis quod foras nunc emitto triplex est materia: praeter hermeneumata Pseudodositheana quae vulgo dicuntur glossaria aliquot exhibentur ex iisdem vel similibus libris hermeneumaticis excerpta: quibus quae subiecta sunt hermeneumata medico-botanica vetustiora a reliquis diversa sunt, nisi quod cum illis utriusque linguae usu continentur. Hermeneumatis Pseudodositheanis quam olim promiserat operam quod praestare non potuit Carolus Krumbacher nemo magis quam ego dolebit: sed cum aliis districtus laboribus hunc se sustinere posse proximis annis praefracte negasset, invitus necessitati serviens ipse successi. Itaque apparatus quem ille collegerat, in meas manus transiit. Quae nondum in promptu erant, cum Gundermanno meo composui: qua in re ut suum cuique religiose adsignaretur hac praefatione diligentissime cautum esse volui.

I

§ 1. Primum quae locum tenent hermeneumata Leidensia ex codice Leidensi Vossiano graeco Q. 7 saeculi X¹) edita sunt: quo de codice praeter alios egerunt Boeckingius in praef. Dosith. p. XIV—XXI et Krumbacherus (de codicibus quibus interpretamenta Pseudodositheana nobis tradita sunt. Monachii 1883) p. 35.

1) Saeculo decimo codicem tribuit Gundermannus, undecimo Boeckingius duce Geelio; cf. Boeckingius p. XV. Ceterum apographon huius libri exstat inter apographa Burmanniana: cf. Loewii Prodr. p. 170. 206; alterum apographon continet cod. Ruhnkenii 53 (Geel 189); marginibus aliquot emendationes Ruhnkenii et Valekenarii adscriptae sunt. Excerpta insunt in cod. Perizoniano quart. formae 49 (Geel 230) p. 273—281. — Apographon earundem glossarum Bigotii quoque liber continet quidam, h. e. cod. Paris. suppl. gr. 836 in fol. 21—40, ubi teste catalogo 'Iulii Pollucis interpretamenta' leguntur. Adiecta sunt in fol. 40—41 quadraginta quinque glossae latino-graecae ex lexico quodam excerptae, quarum prima est κῶβευτις *stlac-tarius*, ultima λογος *uerbum*.

Folia insunt membranacea 42 (22 × 26 cm.): quorum 1) 3^r—39^u occupat Pseudodositheus; 2) 39^u—42^r antidota et tractatus medicinales; 3) 40^u etiam carmen nautarum (cf. 'Neues Archiv f. ält. deutsche Geschichte' VI 190; XV 514 adn.); 4) 42 tractatus de avibus, bestiis, promunturiis ex Isidori libris excerpti. Singulae paginae bifariam sunt divisae: in sinistrae columnae bipartitae parte sinistra lemmata graeca sunt uncialibus litteris scripta, in dextra interpretamenta latina minusculis litteris scripta: nec differt dextrae columnae bipartitae ratio. Omnia unius sunt manus, eiusdem cui etiam adnotationes quaedam debentur, velut R̄ (h. e. *Require*; cf. p. 13, 51; 18, 56; alibi), inscriptiones capitulorum in marginibus iteratae (cf. p. 11, 28; 13, 30; alibi), additamenta glossematica aliquot, quae ab archetypo afuisse ceterorum librorum dissensus demonstrat (cf. p. 12, 50; 51; 14, 41; 42; 21, 14), numeri denique librorum Homericorum in belli Troiani epitoma (p. 60 sqq.). Paucula quaedam correxit manus recens saeculi XVI vel XVII, fortasse Salmasii. Librarium ex Germania oriundum fuisse glossae germanicae quas adiecit indicio sunt (cf. exempli causa p. 20, 37). Transcriptus liber videtur ex codice, cuius singulae paginae undecimorum versuum fuerunt; nam quae est in folio 24^r lacuna 2—3 versuum (p. 43, 10 sq.) ei similis respondet lacuna post 16 versus hians: quae lacunae quin eodem chartae nescio quo detrimento natae sint mihi vix dubium videtur. — Ad Isaacum Vossium venit codex ex bibliotheca Christiani Rumpffii medici, sicut in primo folio scriptum est. Vsi sunt eo Salmasius, qui libri de modo usurarum p. 877 ed. Lugd. Batav. a. 1679 hoc diserte confirmat, Valekenarius Misc. observ. IX p. 413 sq., X p. 108 sqq., Oehlerus Mus. Rhen. 17 (a. 1862) p. 55, Keilius Gramm. lat. VII p. 371 sq., alii, de quibus infra dicitur. Huius igitur libri egregii partem Krumbacherus cum apographo suo codicis Sangallensis contulerat; integra hermeneumata transcriptit Gundermannus, cuius apographon typhotetae traditum est: plagulae denique cum codice consueta liberalitate Ienam transmissio denuo conferri potuerunt.

Partem eorundem hermeneumatōn (= p. 10, 5—40, 20) continet codex Sangallensis 902 membranaceus saeculi X a littera a me notatus: de quo cf. praeter Scherrerum catal. p. 316 Boeckingius p. VIII sqq., Keilius Gramm. lat. VII p. 365 sq., Krumbacherus p. 35 sqq. Hermeneumata exstant pag. 43—59: de reliquis quae insunt cf. Scherrerus et Keilius. Hunc codicem Scaliger vidit apud Cuiacium: cf. Scaligerana (ed. Hagae Com. a. 1666) p. 94: '*Dositheum* vidi MS. apud Cuiacium. C'est l'exemplaire de Saint Gal,

qui a esté chez Monsieur Cujas? Postea Goldastus ex eo edidit Sententias Divi Hadriani, quo de infra agendum erit. Goldastum excepit Niebuhrius, cuius apographo usus est Boeckingius. Novum apographon capitulorum confecit Krumbacherus; ego et hoc apographon et ipsum codicem in apparatu componendo adhibui: plagulas denuo cum ipso codice contuli.

Eadem fere hermeneumatōn pars (= p. 10, 5—40, 6) est in codice Harleiano 5642 membranaceo foliorum 47 saeculi X (b), quem primus inspexit Franciscus Ruehl (cf. Fleckeiseni *Annal. Supplem.* VI a. 1872 p. 14 et Loewii *Prodr.* p. 207), postea accuratissime tractavit Krumbacherus cum in *Actis acad. reg. bavar.* 1883 II p. 193 sqq. tum *Mus. Rhen.* tom. 39 (a. 1884) p. 348 sqq. Qui codex continet haec hoc ordine: 1) fol. 1^r—4^r glossarium coniugationum exemplis refertum, cuius hoc est initium: *Incipit de oratore | mememe | me auton memini me ipsum | keopete et aliquando | tria biblia tres libros tuto prota horum priores | kalistos optime | ke epimelos et diligenter | ermeneukota interpretatum | allepidecoro sed quoniam uideo | enius epemuntas quosdam laudantes | ke epithimuntas et cupientes | rimata aneēta uerba quae pertinent | protesken ad artem | grammatiken grammaticam | en tuto biblia in hoc libro | proseteka adieci | apotu protu a prima | grammatos littera | mecriso usqueo | prasso ago | prassis | e. q. s., kategoresis accusabis | e. q. s., pimo bibo | e. q. s., ut alia mittam.* Exemplorum minor pars concinit cum glossario Leidensi, maior ab eo discrepat: quae exempla non est cur typis repetamus. — 2) fol. 4^r—9^r *nomina masculina primae declinationis secundum in c desinentia* κριοτ e. q. s. *Da similia* Μακαριοσ . . . γυνε *mulier* γυναικοσ *mulieris* e. q. s. (eadem codex Sangallensis p. 61—68 exhibet: ne haec quidem repetenda duxi). — 3) fol. 9^r—23^u *Dosithe* p. 376, 1—387, 13 (praeter 379, 9—380, 2); 392, 4—401, 7; 402, 6—407, 13; 408, 25—411, 11; 412, 4—412, 28; 413, 14—414, 13; 417, 27—418, 23; 424, 10—424, 12; 426, 12—427, 19 ed. Keil. — 4) fol. 24^r—29^r *Pseudosithe* p. 26, 49—40, 6 huius editionis. — 5) fol. 29^r—33^u *Pseudodosithe* p. 108, 1—116, 18. — 6) fol. 34^r *Dosithei* p. 379, 9—380, 2 ed. Keil. fol. 34^u scripturam continet nullam. — 7) fol. 35^r—39^u *Dosithe* p. 430, 1—436, 14. — 8) fol. 39^u—47^r *Pseudodosithe* p. 10, 5—26, 48. — 9) fol. 47^u *preces graeco sermone compositas*, de quibus cf. Krumbacherus *Mus. Rhen.* tom. 39 (a. 1884) p. 358. Miro igitur modo singula confusa atque disiecta esse apparet. — Ceterum hunc codicem in coenobio Sancti Galli scriptum esse summus inter ipsum et Sangallensem consensus docet: tamen iam ante annum 1461 ablatum fuisse catalogus hoc anno scriptus ostendit qui unum tantum-

modo librum Dosithei (scil. 902) enumerat: cf. Krumbacherus l. s. s. p. 349. — Huius igitur libri collationem mihi tradidit Krumbacherus, qui cum initio etiam minores discrepantias notavisset postea discrepantias mere orthographicas plerumque neglexit: ipse eius adnotata fideliter expressi, nisi quod compendia usitatiora imitari nolui.

Multo minorem hermeneumatōn partem (= p. 26, 49—37, 55) servavit codex Monacensis lat. 601 (c) membranaceus saeculi X, olim Schedelii, in quo praeter Dosithei grammaticam etiam Pseudodositheana hermeneumata inesse post Ruehlium l. s. s. docuit Loewius Prodr. p. 207. Accurate tractavit codicem Keilius praef. p. 366, cuius haec sunt verba: ‘ad eundem codicem’ (h. e. qui Dositheum exhibet) ‘pertinebat is quaternio qui nunc ante illos positus est fol. 59—66, qui in extrema pagina scriptum habet numerum VII. in hoc scripta est ultima pars glossarum, quae sunt in Sangallensi codice cum prima parte sententiarum et epistularum Hadriani, *αουρα seges ctacic spica* — *υδρεχοοc aquarius αχθυεc pisces*. *θαυμακτον εστιν mirandum est και επαινιτον et laudandum* — *βλεπε ουν uide igitur ιναταχιον ut celerius* Dosithe. ed. Boeck. p. 20.’ Hunc quoque librum olim Sangallensem fuisse et saeculo XV in manum Schedelii patricii Norimbergensis venisse probabilis est Krumbacheri coniectura: cf. l. s. s. p. 349. Partem glossarum Krumbacherus cum apographo suo Sangallensis codicis contulerat: ego ipsum codicem adhibui.

De ratione quae inter hos libros intercedit egregie disputavit Krumbacherus primum dissertationis pag. 35 sqq. tum eis quas commemoravi commentationibus; quem in univēsum secutus hoc esse stemma moneo:



cod. Sang.

cod. Harl.

cod. Monac.

cod. Leid. Voss.

Archetypus *x* utrum continuerit Dositheum necne incertum est; potuit in *a* non minus omitti quam addi in *y*. De *a* non est quod addam: unde qui transcripsit Vossianum num etiam additamenta illa (cf. p. VIII) petierit an aliunde habeat in medio relinquo. Ex codice *y*, in quo priorem locum tenuit Dositheus, posteriorem Pseudodositheus,

post iacturam haud parvam propagatus est Sangallensis; ex eodem fluxit z , postea nescio quomodo turbatus pristina quaternionum compage soluta: ex hoc denique exemplari codices Harleianus et Monacensis ducendi sunt. Glossarium codicis Harleiani (quod non edidi) et colloquium utrum iam in x vel y extiterit an in z demum pervenerit dubium est: at illud probabilius existimo.

§ 2. Ad hermeneumata Leidensia proxime accedunt ea quorum partem servavit codex Amplonianus maximae formae 10 membranaceus saeculi IX, quo de conferatur accurata Schumii descriptio catalogi p. 11. Praeter alia multa quae ad rem grammaticam spectant hic liber etiam hermeneumata exhibet in fol. 125^r—136^u: quorum prior pars ad ordinem alphabeti disposita est et multa coniugationis exempla praebet, altera capitulis discripta plerumque satis accurate respondet eis quae extant p. 7, 65—23, 24 huius editionis. Omnia latinis litteris scripta sunt. Apographon huius libri reliquit Loewius: plagulas denuo cum ipso codice contulit Gundermannus.

Persimilia ea fuerunt, ex quibus excerpta quaedam servavit codex Parisinus lat. 7683 (de la Mare 594. Regius 6116. 4) 49 foliorum chartaceorum Salmasii manu scriptus, de quo cf. Corp. gloss. vol. II praef. p. XIV sq. Continet praeter ea quae illic commemoravi 1) in fol. 24^{bis}—26^r varias lectiones in colloquium scholasticum (h. e. colloquium Einsidlense); 2) in fol. 27^r—39^u 'excerpta ex veteribus glossis Cl. Puteani' mere latinis; 3) in fol. 40^r—41^u sine inscriptione hermeneumata latinograeca (in his etiam fragmentum eiusdem colloquii, quod in codice Harleiano est: *praeductal* παράγραφος in sermone quotidiano. *surge puer quid sedes tolle libros omnes latinos membranas et pugillares et locellum et praeductalem* in graeco' e. q. s.: unde pendet Salmasius Exercit. Plin. p. 917); 4) in fol. 42^r—47^u excerpta, de quibus agere coepimus. Pars excerptorum ad capitula spectat: *de ferreis, ex tit. de fictilibus, de scorteis, de studiis, de artificibus, de arboribus, de militia, de navigatione, de medicina*. Ex capitulo *de ferreis* haec petita sunt:

Acmun ferramentum

Sfura incude

Mylocopon malleus

Scalis marelum

Ypetion sarculum 5

Smilion subla

Grafion grafium

Macherion cultellum

Septimae glossae interpretamentum pro *Scarcellam* correctum est; in gl. 1—6 interpretamenta ad antecedentia lemmata semper spectare

lineolis indicatur. Quas glossas qui comparaverit cum 94, 7 sqq. codicis Amploniani, non poterit non de persimili cogitare recensione. Paulo post quaedam excerpuntur *ex capite de carnibus, ex tit. περι αρχοντων*, item sub finem libri *ἐκ τοῦ περι θεῶν, de deabus, de aedibus, περι ἑορτῶν, de spectaculis, ex tit. de ciuitate, ex cap. de uestimento, de purpura, de coloribus, de aureis, de argenteis, de uentis, ex lib. de membris humanis, ex titulo de natura, ex titulo de escis, de potione, de secunda mensa, de oleribus, de piscibus, ex titulo de auibus, ex tit. de quadrupedibus, de serpentibus, ex tit. de habitatione.* Capitulum *de argenteis* exscribo: *Secbe tornéuta uasa tornata. Xistrotta strigilata gegrymmena celata. fiale patena. mazonomos lanche. pinatio catillum. triblion parapsis. oxybafon acetabulum. cochlyoryx cocliarem. mystion ligula. libanotris turabolum. plitenchithes arecena. acratoforon mera-riolum*: quae conferantur cum eis quae p. 93 edidi. Fol. 44^r in superiore parte inscriptio est: *Ἐxcerpta ex veteribus glossis*. Haec excerpta ex lexico petita sunt, quod in Amploniano capitulis praemissum est, velut: *Chyrizo sero est χειρίζω. Chimazo hyberno. Chor-tazia saties. Charadra cancellum. one auctoritas. Psylliro publico. Psepholoro pauimento* e. q. s. In fol. 40 haec leguntur: *A musarum pro a musis in colloquiis ἀρξώμεθα οὖν ἀπὸ μουσῶν incipiamus ergo a musarum* e. q. s.: quae si ex eodem codice sunt deprompta, similia ibi extitisse censendum est atque p. 57, 41 sqq. Quod utut est, gemellus frater Amploniani fuit codex Salmasii, sed plenior quam ille. Cum tamen nihil ex illo servatum sit praeter excerpta cunquae eadem materies in aliis exstet recensionebus, satis habui haec in praefatione tractavisse.

§ 3. Hermeneumatōn similitium, at diversae recensioneis disiecta membra sunt 1) fragmentum Parisinum (p. 94—108), 2) hermeneumatata Stephani (p. 347—379). Fragmentum Parisinum quod pertinet ad fabulas Aesopias et notissimum illum tractatum de manumissionibus (p. 48, 46—56, 27 hermeneumatōn Leidensium) extat in codice Parisino lat. 6503 (Reg. 4950) miscellaneo: quae huc spectant folia 1—4 (238 × 338 mm.) membranacea sunt et binationem efficiunt. Scriptura noni saeculi est. In fol. 1^r margine superiore scripsit manus recens: *Fragmentum glossarum gr. lat. (gr. lat. sup. ser.) veterum optimae notae*. Eadem manus in margine inferiore scripsit: *Iac. Putciani. Cl. Fil.* In fol. 4ⁿ inferiore margine manus saeculi XVII scripsit: *Faits par moy.* Omnia unius manus sunt: neque vocabula distincta sunt neque enuntiata. Aliquot correctiones adiecit manus 2 saeculi X/XI, sed paucas. Hoc fragmentum accurate edidit Boucherius *Notices et extraits XXIII 2* p. 496 sqq.

doctis adnotationibus subiectis: hanc editionem denuo cum ipso codice contulit Gundermannus, a qua collatione mea pendet editio.

Tractatum qui est de manumissionibus etiam codex Leidensis Scaligeri 61 continet in fol. 92^r—95^r ac non modo eam partem quae est in codice Parisino (p. 102, 8—103, 7), sed etiam reliqua usque ad finem, quae illic interciderunt (p. 103, 8—108, 4). Cf. quae de hoc codice dixi vol. II praef. p. XVI. Inscriptio haec est: '*Veteris cuiusdam iuris auctoris fragmentum.*' Scaligeri apographo iam Roeverus passim in editione sua usus est, multo tamen illo accuratius Boeckingius, a quo pendent recentiores viri docti. Novum apographon quod ego adhibui confecit Gundermannus.

Error est Boeckingii (p. XXIV) 'ex cod. Scal. Latine sine inscriptione' Petrum Pithoeum hoc fragmentum ad calcem fragmentorum Papiniani, Pauli etc. (Lutetiae ex off. Rob. Stephani a. 1575) p. 113—115 edidisse: quem Scaligeri libro usum esse neque demonstrari potest neque probabile videtur. Neque sibi constat Boeckingius, qui quidem p. XXII dixerit: 'Mihi persuasi hoc Scaligeranum apographum aut ex eodem codice, ex quo Claud. Puteani exemplum (quod Pithoeus Latine edidit; cf. inf. p. XXIV) aut ex hoc ipso Puteano exemplo transcriptum esse'. Certe Pithoeus Claudii Puteani exemplum secutus est, ut ipse dicit in fine tractatus: 'Visum est etiam Puteano nostro hic adiicere fragmentum illud Latinum toties a me laudatum, quod Graeculus magister Omeliis suis et graecae linguae exercitationibus inter alia quaedam ex aliis auctoribus initia librorum inseruerat. Graecam etiam interpretationem siquando usui esse posset, certis tantum locis in margine addere libuit satis persuasis haec potius ex Latinis Graeca facta: quamquam sunt et quaedam quae Graecismum magis referre videantur. Porro facile est deprehendere multa ab ipso interprete, plura fortasse a librario omissa, quorum nos vacuum locum notula indicare satis habuimus, interea dum ex aliquo integriore exemplari ea iactura sarciatur' et in fine: 'Hactenus vetus exemplar. Quae sequebantur alterius plane erant generis, nec ad ius Ro. quicquam pertinebant.' In Pithoei igitur editione sola verba latina exhibentur; ex graeca versione paucula quaedam marginibus adiecta sunt omissis reliquis. Hac editione principe primus quantum scio accurate usus est Kruegerus in editione, ipse iterum inspexi adhibito exemplari Berolinensi. In priore parte, eadem quam etiam Parisinus exhibet, eas tantum lectiones adscripsi quae discedunt ab exemplari Scaligerano. — Iam vero quaerentibus nobis quae ratio intercedat inter Scaligeri apographum et illud Puteani exemplar, primum artissimo vinculo contineri ambo inter

se certum est: conspirant lectiones plurimae¹⁾, conspirant fere lacunarum signa. Haec signa Puteani esse, non Pithoei, huic argumentationi credes: quamvis plerumque congruant lacunarum signa, tamen interdum discrepant ita, ut non eidem, sed magis minusve vicino loco sint adscripta; cf. p. 104, 9; 105, 19; 107, 39. Quod cum ita sit, neque Pithoei editione usus est Scaliger (quod insuper ex omissis apud Pithoeum interpretamentis Graecis elucet) neque Pithoeus exemplo Scaligeri: immo uterque eodem exemplari, in quo lacunarum signa iam erant notata, scilicet apographo Puteani, non vetusto codice, quippe in quo illa signa fuisse non possint.

Nunc igitur eo pervenimus, ut quaeramus quae ratio inter codicem Parisinum et hoc exemplar Puteanum intercedat. Qua in quaestione neminem fugere potest, quam arda sit amborum necessitudo. Iam vero cum Parisinus codex mutilus sit — quattuor folia intima videntur fuisse quaternionis — cumque constet olim eum fuisse Claudii Puteani, dubitari vix poterit, quin fragmentum Leidense et Puteani ex hoc ipso codice nondum mutilato profluxerint: itaque paene certum est, quod coniecit Boucherius l. s. s. p. 528. Cf. etiam quae Kruegerus de hac re disputavit.

Eodem anno quo Pithoeus ex apographo Puteani fragmentum de manumissionibus ex officina Roberti Stephani edidit, Henricus Stephanus hermeneumata sua emisit, de quibus haec eius sunt verba in praefatione (p. 235): 'Sequentes vocum quarundam interpretationes in antiquis pergamenis depravatissime scriptas libuit superioribus adiicere: quod ex illis quoque nonnihil fructus percepturum te sperarem: praesertim quum ipse aliquem iam inde percepisse mihi viderer. Multa enim hic sunt (fateor) satis iam nota, atque adeo quae trivialia dici possint: sed non equidem omnia. Idemque in his interpretationibus quod in prioribus usuvenit alicubi, ut interdum quidem Latina vox Graecam non satis notam exponat, interdum vero Graeca Latinam vicissim explicet. Quin etiam quod variae ad eandem rem pertinentes appellationes in certa quaedam capita, velut in communes locos, redactae sint, eo gratius tibi glossarium istud fore putavi. Sed quum de una eademque re (verbi gratia de navigatione, de agricultura) in duobus eius locis agatur, et ita quidem ut in uno Latina, in altera Graeca vocabula praecedant, ego potius capita quibus eadem materia tractanda proposita est, simul ponenda, id est unum

1) Maxima discrepantia est p. 107, 17, ubi Pithoeus δῆ in margine adfert, Scaliger autem μέντοι: sed facile est suspicari illud μέντοι Scaligeri ex v. 15 profluxisse.

alteri subiungendum (apposita particula *ITERVM*) existimavi. Glossarium autem appellavi, quod unum exemplarium inscriptionem istam haberet, Glossarium beati Benedicti, abbatis Floriacensis. Quem titulum excipit hic, Liber primus Glossarum Graecarum. Primaque sunt haec verba, De conversatione, *περὶ συναναστροφῆς*. *Conversatio, συναναστροφή*. *Dies, ἡμέρα*. *Sol, ἥλιος*. *Ortus est, ἀνέτειλεν*. *Solis ortus, ἡλίου ἀνατολή*. Eadem vero in alio quoque exemplari habentur, non in principio tamen, sed circa medium: verum ibi ista praefixa sunt, Ἀρχώμεθα γράφειν ὅλης τῆς ἡμέρας ἀναστροφήν. Quibus subiunguntur eadem illa verba, ἡμέρα, ἥλιος, ἀνέτειλεν, etc. itidem praecedente ubique Latina interpretatione. Quin etiam in certum quendam librorum numerum haec vocum graecarum interpretamenta in exemplaribus illis dividuntur: cuius divisionis rationem minime habendam existimavi: ac ne habere quidem potui, quum nec omnia quae illis exemplaribus continentur, ederem, nec eundem (propter illam quam paulo ante attuli rationem) ordinem servarem. Illis quae dixi capitibus eos subiunxi locos qui sub quadam dialogi forma multa vocabula habent ad res in quotidiano sermone occurrentes pertinentia: quorum tamen nonnulla nequaquam passim occurrunt, sed potius pene sunt incognita: undecumque ab huius glossarii autore deprompta fuerint. Duobus igitur exemplaribus usus est Stephanus: alterum ex his similem quamvis minime eandem materiem exhibuit atque codex Leidensis, alterum plerumque proxime accedit ad fragmentum Bruxellense nisi quod ibi graeca praecedunt latinis (p. 394 sqq. quo de post agetur). De capitulis non habeo quod addam.

Quae post capitula habentur ex eis prima homilia persimilis est eius quae in codice Leidensi ultimum locum occupavit, nisi quod posterior pars hic intercidisse videtur. Neque minus memorabile est, quod sententiae Hadriani et belli Troiani succincta narratio in utroque libro exstat. Iam vero cum in codice quo usus est Stephanus latina vocabula pariter praecedant graeca atque in libro Puteano, cum porro liber Puteanus et fabularum et fragmenti de manumissionibus diversam recensionem exhibeat, sed eandem cum Leidensi rem, cumque codex Puteanus etiam alia continuerit teste Pithoeo, Stephanus vero non omnia quae in suo libro invenit ediderit, cum denique eodem anno in eadem officina Pithoei liber et Stephani glossaria excusa sint: me iudice mirum esset, si Stephanus et Puteanus eodem libro, h. e. codice Parisino integriore quam nunc, non usi essent: quamvis Stephanum sua omnia ex illo libro sumpsisse — non loquor nunc de capitulis — minime adfirmaverim.

Notum est homiliam Leidensem numerari duodecimum librum (*incipit hermeneumata id est libri XII* p. 69, 39. 40): qua de re sic disputat Keilius p. 374: 'itaque si diversae partes, quae etiam praefationibus destinctae sunt, singulis libris tribuuntur, sententiae et epistulae Hadriani, fabulae Aesopi, commentarius de manumissionibus, Hygini genealogia, narratio de bello Troiano, cotidiana conversatio cum duobus libris glossarum efficiunt numerum octo librorum. inter genealogiam autem Hygini in codice lacuna est, in qua, nisi quid praeterea a librariis omissum est, quattuor libri, qui ad summam explendam desiderantur, perire potuerunt.' Quae recte disputata esse nemo negabit: quid si quattuor illos tractatus, quos Stephanus exhibet, id est Niciarii interrogationes et responsiones (mutilatas in fine), Carfilidis interrogationes et responsa, responsa sapientum, praecepta in Delphis ab Apolline in columna scripta, in hac lacuna olim exstitisse suspicamur?

§ 4. Sed haec hactenus: restat ut editiones horum hermeneumaton vel partium eorum hoc loco in uno conspectu ponamus.

1) *Glossaria duo e situ vetustatis eruta* e. q. s. Anno 1573 Parisiis ed. H. Stephanus p. 237—305; quae repetivit Vulcanius a. 1600 (a Vulcanio pendet Verweius Nov. Method. p. 317 sqq.), Labbaeus (cuius liber prodiit a. 1679) lexicis suis inseruit nota E usus: hunc secuti sunt Londinenses a. 1816.

2) Tractatum de manumissionibus ex codice Puteano edidit primus P. Pithoeus ad calcem *Fragmm. Papiniani, Pauli etc.* (Lutetiae ex officina Rob. Stephani) a. 1573 p. 113—115: quod exemplum saepius repetitum est; cf. Boeckingius p. XXIV sq.

3) Idem fragmentum ex codice Leidensi adhibito Scaligeri apographo edidit Matthias Roever: *Fragmentum veteris jurisconsulti de juris speciebus et de manumissionibus quod servavit Dositheus magister in exercitationibus graeco-latinis nondum editis ex codd. mss. bibliothecae Batavae edidit, notas, et emendationes adjecit Matthias Roever* (Lugd. Batav. a. 1739). A Roeveriano exemplo pendent Beckius (*Ius civ. antiust. Berol. 1815 tom. I p. 251 sqq.*) et Schillingius (in *Dissert. crit. de fragm. iur. Rom. Dosithe. Lips. 1819*).

4) Hygini genealogiam tractavit Augustinus van Staveren in *Misc. Observ. tom. IX p. 413 sqq.*: cf. editio Schmidtii p. IV sq.

5) Divi Hadriani sententias et epistolas ex codice Sangallensi edidit Melior Hamenvelto Goldastus a. 1601; eius exemplar repetierunt Schultingius (*Iur. prud. vet. L. B. 1717 p. 857 sqq.*), Fabricius in *bibl. Gr. (a. 1724) vol. XII p. 514 sqq.*; Fabricium repetierunt Londinenses in Labbaei glossariis denuo

editis (a. 1816) p. 491 sqq.: cf. etiam Divi Adriani sententias et epistolas ed. Nic. Catharinus, quem librum ipse non vidi.

6) Fabularum Aesopiarum primam cum duabus ultimis edidit Valckenarius in Misc. Obs. tom. X p. 120 sqq. ex codice Leidensi, particulam primae quae in libro Sangallensi est Goldastus l. s. s.

7) Dosithei Magistri interpretamentorum liber tertius. ad fidem manu scriptorum Vossiani Sangallensis et Scaligerani atque editorum librorum ope nunc primum integrum edidit commentariis indicibusque instruxit Eduardus Boecking. Bonnae 1832.¹⁾

8) Corpus Iuris Romani Anteiustiniani consilio professorum Bonnensium E. Boeckingii, A. Bethmann-Hollwegii, E. Puggaei Bonnae 1831 (insunt sententiae et epistolae Adriani et disputatio forensis Boeckingio explicante et praefante).

9) A. Boucherie, 'Ἐρημνεύματα καὶ καθημερινὴ ὁμιλία de Iulius Pollux' accedunt 'Fables d'Ésope et fragment de droit Romain' in 'Notices et Extraits' tom. XXIII 2 p. 309—527 (a. 1872).

10) Otto Jahn, Griechische Bilderchroniken. Bonn 1873 p. 102—111. 121—122. Inest belli Troiani enarratio et pars colloquii alterius ab H. Stephano editi.

11) Fragmenti de manumissionibus contextum latinum ediderunt Husehkius 'Iurisprud. anteiust. quae supers.' Lips. 1879 p. 424 sqq. et Kruegerus 'Collectio libr. iur. anteiust.' vol. II p. 151 sqq. Ille Boeckingii apparatus exscripsit, Kruegerus etiam Boucherii editione usus est; praeterea scripturas Pithoei adiecit.

12) Colloquium Harleianum ipse emendatum edidi in Ind. aestiv. Ien. a. 1892 p. III—XVI.

II

§ 5. Secuntur hermeneumata Monacensia, quibus pro fundamento est codex latinus Monacensis 13002 (Ratisbon. 2) membranaceus 229 foliorum formae maximae, scriptus in coenobio Pruingensi sub Erbone abbate ab H. Wolfgero et Swichero a. 1158. Post glossarium Salomonis, de quo cf. Deuerlingius 'Blätter f. d. bayer. Gymnasial- und Realschulwesen' tom. XIV (a. 1878) p. 287. in foliis 209^r—218^r ea exstant de quibus agimus hermeneumata. Cf. Catal. cod. lat. Monac. tom. IV 2, 91. Quem librum cum iam Loewius inspexisset, id quod obiter tetigisse videtur Prodr. p. 207, accuratius tractavit Krumbacherus dissert. p. 20 sqq. et in dispu-

1) A Boeckingio pendet Lachmannus in disputatione de Dositheo scripta: cf. Opusc. vol. II p. 196 sqq. Cf. etiam Vlpiani fragm. ed. Boecking a. 1855.

Corp. gloss. lat. tom. III.

b

tatione de colloquiis Monacensibus (Commentationibus in honorem Guilelmi Christ scriptis inserta (p. 307 sqq.). Apographon mihi tradidit idem, quod per adulescentes duos faciendum curaverat: cum tamen liberalitate Laubmanni fieret, ut Ienam transmitterentur Pseudodositheana Monacensia omnia, quo magis errores evitarentur, integra hermeneumata transcripsit Gundermannus; idem schedulas cum codice denuo contulit.

Praeter hunc librum editioni adhibui codicem latinum Monacensem 22201 (Windberg. 1000) membranaceum formae maximae anno 1165 ad finem perductum, qui post glossaria Salomonis (de quibus cf. Deuerlingius l. s. s.) eadem continet hermeneumata in fol. 223^r—235ⁿ. De reliquis cf. catalogus tom. IV 4, 28. Huius quoque codicis collationem Krumbacherus mihi tradidit: tutius tamen visum est, librum ipsum adhibere, quod Ienae fieri potuit.

De ratione quae inter hos libros intercedit optime egit Krumbacherus l. s. s. Vterque igitur codex ex eodem — vel persimili — pendet archetypo, maiusculis eo litteris scripto: unde maiore cura propagatus est codex 13002 ab homine quodam indocto, sed diligenti, qui oculorum vel calami lapsu saepius erravit, de industria vix quicquam mutavit. Minore cura et maiore libertate librarius codicis 22201 usus formas vulgares saepius expulit, vocabula rara aut sibi quidem ignota usitatis tritisque commutavit, hic illic lectionem corruptam recte emendavit. Quod graeca latinis scripserunt librarii litteris, eius rei usum iam antiquiorem ipso horum librorum archetypo esse corruptelis quibusdam efficitur, de quibus cf. Krumbacherus p. 27 sq. Codex 22201 saepius correctus est ab homine indocto, qui usus videtur esse codice 13002. Germanica quae occurrunt in utroque libro vocabula, de quibus consulendi sunt Steinmeyer et Sievers primo glossarum germanicarum volumine, indicio sunt in Germania iam archetypum esse confectum. Errorum igitur genera principalia tria esse scito: primum natum est tempore quo et graeca et latina maiusculis litteris scripta erant; alterum accessit tempore quo graeca litteris maiusculis latinis transcribebantur: tertium denique cum maiusculis litteris minusculae substituebantur.

§ 6. Praeter eos quos in editione adhibui codices etiam alii noti sunt, quorum tamen lectionibus apparatus onerari nolui. Primus est codex latinus Monacensis 27317 chartaceus saeculi XV exeuntis foliorum 21, quibus continetur hermeneumaton maior pars, scilicet ab initio ad *Peritis dicis De causa*, h. e. p. 211, 53. Hic codex — olim libro impresso adhaerebat, scilicet glossarii Salomonis editioni monasterii S. Afrae et Udalrici — quamquam ad neutrum

eorum quos tractavi librum revocari potest neque prorsus caret lectionibus quae illis praestant, tamen cum minus diligenter confectus sit et multa vocabula prorsus neglexerit, omitti potuit, in eis maxime capitulis, quorum praecipua materia toties in aliis recensionibus exhibetur. Cf. quae de hoc libro Krumbacherus l. s. s. exposuit.

Alterum eorundem hermeneumatōn codicem in monasterio St. Crucis Austriaco invenit Arthurus Goldmann, numero signatum 17 et duodecimo saeculo scriptum. Hermeneumata exstant in fol. 1^r—22^r ab initio ad haec: *Ceeleonspanon ct oleuspan, Congiloton Rapatum* (h. e. p. 218, 55; 56). A fol. 23^r ad 275^r exhibentur glossae Salomonis. Ex eis partibus quas descripsit Goldmannus perspexi codicem tam prope ad Monacensem lat. 22201 accedere, ut ab apparatu potuerit excludi.

Tertium exemplar codex exhibet Neapolitanus graecus II D 35 chartaceus saeculi XV XVI, quem Vseneri excerptis adhibitis Schoenemannus tractavit ('de lexicographis antiquis qui rerum ordinem secuti sunt quaestiones praecursoriae'. ed. Bonnae a. 1886) p. 11 sqq., post Vsenerum autem denuo inspexit Gundermannus. Codex est 240 foliorum, quorum ultima septem vacua relicta sunt. Insunt 1) in fol. 1—28 varia collectanea grammatica, partim capitulis discripta, partim ad certas grammaticae partes, velut ad praepositiones, coniunctiones, adverbia, declinationes spectantia: admixta sunt christiana; 2) in fol. 37^r—43^v colloquium graecolatinum (h. e. hermeneumatōn Einsidlensium p. 223—235), de quo infra agetur; 3) in fol. 44^r—50^v capitula eadem quae sunt in codice Einsidlensi sex priora praemisso indice LIX capitulorum (omissis igitur tribus ultimis christianis); 4) in fol. 51^r—81^v lexicon graecolatinum (*Αρχη principium* ατομο*s* *individuus*, αρχομα*s* *incipio*, αλωπηξ *uulpes*, ακουω *audio*, ακολουθω *sequor* . . . ωριμο*s* *maturus* ωμοσα *iuravi*, ωκεανο*s* *oceanus*); 5) in fol. 83^r—120^r lexicon latinograecum verba tantum continens (*Absum, Abstineo* . . . *Voco, Vrgeo*); 6) in fol. 121^r—167^v lexicon latinograecum nomina continens; 7) in fol. 169 numeralia graecae et latine; 8) in fol. 171^r—233^r capitula hermeneumatōn Monacensium quamvis non integra et retractata: id quod primus perspexit Schoenemannus l. s. s. p. 34. Namque vir doctus decimi quinti vel sexti saeculi graeca graecis litteris transcripsit et tam graeca quam latina suo fretus ingenio correxit. Quod cum ita sit, neque capitulorum indicem neque capitula quae Schoenemannus exhibet repetere visum est. Cuius interest accuratiora nosse illius libellum adeat: ad emendationem hermeneumatōn Monacensium hanc recensionem adhiberi non posse mihi persuasum est.

Quartum exemplum est in codice Monacensi graeco 323 saeculi XVI, chartaceo, olim Elbersbergensi, qui fol. 202^r—204^a 'praefatiunculam et colloquium scholasticum quae interpretamentorum Monacensium primum librum praecedunt', fol. 205—207^r 'excerpta ex hoc ipso primo libro', fol. 208^r—214^r 'librum tertium Interpretationum Monacensium i. e. colloquium' continet. Graeca graecis litteris scripta sunt, interdum etiam Latina. Hunc quoque librum Ienae inspiciendi potestas fuit: neque tamen quicquam inveni, quo uti potuerim. Krumbacheri de hac quaestione iudicium (cf. dissertationis appendicula) a meo discrepat.

Colloquia ex his hermeneumatis excerpta peculiari editione tractavit Krumbacherus in Comment. in honorem Christii scriptis p. 307 sqq.

§ 7. Pergo nunc ad hermeneumata Einsidlensia: quae etsi cum Monacensibus arte cohaerent, tamen seorsum tractanda sunt. Einsidlensia haec hermeneumata inscripsi a codice Einsidlensi 19 (124), quem editioni fundamentum esse volui. Accurate hunc librum descripsit Henricus Omont 'Centrabl. f. Bibl.' III p. 428. Scriptus est anno 1503 et continet praeter alia 1) capitula Pseudodositheana in fol. 156^r—245^r; 2) colloquia Monacensia in unum coniuncta in fol. 285^r—290^r. Praecedunt graeca verba, sequitur versio latina; inter ipsos versus graecos denuo versio latina inserta est. Eadem colloquia, non capitula, etiam in codice Einsidlensi 683 exstant, sed graece tantum, latina versione aliquoties singulis vocabulis adiecta. Scriptus est haec libri pars a. 1518. De reliquis quae insunt cf. Henricus Omont l. s. s. p. 428. Vtrumque librum Ienae cum Gundermanno excussi.

Tertius colloquiorum codex est Parisinus latinus 3049 (Telleriano-Remensis 88; Regius 3396) chartaceus 116 foliorum, scriptus a Georgio Hermonymo Spartano (cf. H. Omont, Mém. d. l. Soc. de l'Hist. de Paris XIIa a. 1885 p. 33). Pseudodositheana insunt fol. 80^a—116^a, unde edidit Boucherius l. s. s. p. 478—494: quam editionem Gundermannus denuo cum ipso codice contulit. Miram habet inscriptionem: Πολυδεύκουσ περι καθημερινῆσ ὀμιλίασ *Pollucis de quotidiana locutione*, qua abusus est Boucherius.

Quartum exemplar codex est Neapolitanus graecus II D 35 quem supra tractavi: qui liber praeter colloquia illa etiam capitulorum priora sex exhibet. Vsus sum partim Gundermanni excerptis, partim eis quae Schoenemannus l. s. s. edidit.

Quintum denique exemplar codex est Florentinus Ashburnhamensis 1439 chartaceus saeculi XV. In primo folio legitur hoc:

Vocabula excerpta ex Iulio polydeuca graeca et latina; secuntur colloquia. Post haec scriptum est: Πῆναξ τοῦ παρόντος λεξικοῦ ε. q. s., dein inscriptiones capitulorum LIX eadem quae in Neapolitano sunt. Secuntur ipsa capitula, non LIX, sed etiam quattuor quae illis in Einsidlensi subiuncta sunt, in his capitula christiana tria. Denique etiam lexicon inest, quod concinere cum lexico Neapolitano suspicor. Feliciter accidit, ut post capitulum XXXII nomen suum posuerit scriptor; ibi enim legitur: *Marsilius Ficinus scribebat Florentie*. Ex hoc libro nihil habeo nisi excerpta quaedam Gundermanni.

Sextum exemplar illud erat quo usus est Beatus Rhenanus in edendo cottidiani colloquii libello (Basileae Nonis Novembribus a. 1516), h. e. in eis quae tractamus colloquiis. In epistula dicatoria ipsi opusculo praemissa haec dicit Beatus Rhenanus: 'Porro cum Ioannes Frobenius Lovaniense exemplar suis typis esset imitaturus hoc familiaris colloquii συγγραμμάτων adiciendum putavi, quo tibi qui nuper Graecari coepisti, et tyrunculis quibusque Graecanicae literaturae studiosis gratificarer. Nam tale quippiam a me nuper exigere visus es cum istac iter facerem, nimirum quo possis cum socio studiorum tuorum Bartolomaeo Villingiacensi de rebus familiaribus graece colloqui. Id quod hic libellus te nonnihil edocebit, iam olim a studioso quopiam Graece ac Latine mediocriter callente e dictionariis non infeliciter omnino concimatus. Atque, ut rem intelligas, is, quisquis fuit, opusculum consarcinavit tribus distinctum libris eeu praefatiuncula, quae huic libello praeponi solet, rectius in operis frontispicio collocanda, testatum reliquit. Primo vocabula complexus iuxta capita rerum instar Iulii Pollucis, hunc in modum, θεῶν ὀνόματα, hoc est, Deorum nomina. περὶ τῶν ἐν τῷ ἄδη, hoc est, De hiis quae apud inferos, περὶ θεοσεβείας, hoc est, de religione. περὶ ναῶν ἱερῶν, hoc est, de aedibus sacris, et sic deinceps. qui liber etiamnum extat, utinam tam doctus quam certe posset esse studiosis omnibus utilis, si foret castigatus. Secundo dictiones iuxta seriem elementariam digessit. Tertio vocabulorum usum docet, orationem ex illis contextens, quem nunc in publicum damus.' Ex quibus verbis multa et utilia discimus: 1) probabile fit Hermonymi inscriptionem, quae etiam in codice Florentino est et in Einsidlensi primo, ex praefatione illius anonymi, cui haec recensio debetur, natam esse affirmantis sese 'instar Iulii Pollucis' verba capitibus distinxisse; 2) neque enim Iulius Pollux haec hermeneumata composuit, sed 'studiosus quidam Graece ac Latine mediocriter callens'¹⁾; 3) huius exemplari

1) Opportune monuit Hauptius Opusc. II p. 442 a Raphaele Volaterano Commentariorum urbanorum libro IV p. 56 primae editionis inter libros

usus esse videtur Beatus Rhenanus; in eis libris qui nunc exstant nullus est, in quem verba Beati Rhenani apte conveniant; 4) triperitum fuit illud exemplar primo loco capitula, altero lexicon, tertio colloquia complexum; 5) 'e dictionariis' illud exemplar 'non infeliciter omnino concinnatum' erat.

Septimo exemplari utrum Vulcanius usus sit qui eadem in Thesauri utriusque linguae ante Onomasticon edidit ommissa praefatiuncula, an a Beato Rhenano pendeat incertum est. Nam quamvis discrepet contextus Vulcanii a Beato Rhenano singulis quibusdam lectionibus, tamen per se non improbable est, ex coniecturis has discrepantias esse repetendas. Quas si dempseris, tanta est ceterarum lectionum concordia, ut mirum videretur, si ex Beati Rhenani editione non penderet Vulcanius. Cf. Krumbacherus l. s. s. p. 53 sqq.

§ 8. Ex his quos tractavi codicibus pessimus est Parisinus, quippe qui multa non e vetusto fonte, sed ex arbitrio Hermonymi ficta exhibeat et neglegenter insuper scriptus sit, id quod recte monuit Schoenemannus p. 15. Codex Marsilii Ficini, qui quidem ceteris aetate praestat, satis prope ad Einsidlensem 19 accedere ex paucis quae mihi praesto sunt excerptis intellexisse mihi videor. Idem cadit in codicem Neapolitanum, quamquam in nonnullis discrepat. Contra Einsidlensis 683 tantopere cum Beato Rhenano concinit, ut ex eodem fonte repetendus sit; minus probabile est, ab ipso Beato Rhenano eum pendere.

Quam recte dixerit Beatus Rhenanus auctorem horum hermeneumatōn e dictionariis sua concinnasse facile apparet. Nam etsi pro fundamento sunt hermeneumata Monacensia, quibus satis licenter usus est anonymus omissis eis quae non intellegeret, aliis audacter mutatis et adeo corruptis, tamen etiam aliunde exemplar suum ditavit, idque in primis ex copiis Pseudocyrilli. Compara sis exempli causa capitulum quod est de diebus festis (p. 239, 23 sqq.) cum hermeneumatis Monacensibus (p. 171, 35 sqq.): quae non e Monacensibus petita sunt, eorum maior pars ex Pseudocyrillo pendet; alia ex utroque fonte sunt contaminata, unde dici nequit quam ridiculi errores procreati sint. Hinc corrigenda sunt quae de hoc lexico exponit Schoenemannus p. 41 sqq., 115; qui deceptus ordine capitulorum a vero iudicio ita aberravit, ut hoc opusculum pessimum reliquis eiusdem generis anteponeret, quippe quod a pristina forma propius abesset.

anno MCCCCLXXXIII in monasterio Bobiensi repertos memorari librum persimilem 'Iulio Polluci de vocabulis rerum', sed hoc amplioem: Latina Graecis vocabulis respondisse.

Quae cum ita se habere intellexissem, diu mecum meditatus sum, quid illi anonymi operi facerem. Lexicon illud in solis codicibus Neapolitano et Florentino traditum facile excludi potuit: reliqua tamen omnino abicere non ausus sum, cum ad codicum Monacensium contextum emendandum non pauca inde peti possint haudquam vilia. Iam vero dubitari potuit, quam editionis rationem sequerer. Potui librorum scripturam repraesentare emendatione adhibita nulla; potui emendatam formam cum apparatu proponere. Hoc quominus facerem eo impeditus sum, quod saepissime non modo ipsius anonymi scriptura corrigenda fuisset, sed etiam ipsorum fontium. Quid enim facerem eis mendis quae ex Pseudocyrillo vel ex fonte principali recepta sunt? Talia corrigere ars me vetuit. At non magis potui a me impetrare, ut omnes errores velut menda per pronuntiationem procreata, accentus male positos vel omissos, alia levidensia in hoc novicio opusculo propagarem. Qua difficultate permotus mediam quandam viam ingressus sum: abstersi codicis Einsidlensis quem pro fundamento esse volui, maculas leviores plurimas nulla adnotatione addita, omisi genetivos constanter vocabulis subiectos, abieci haud paucas adnotationes marginales, correxi accentus. Vbi gravior discrepantia visa est, scripturam libri Einsidlensis apparatui inserui: saepius ubi propter fontium rationem correctione abstinui fontis locum indicavi.¹⁾

Quibus expositis restat, ut editiones quibus colloquia cum praefatione continentur paucis commemorem. Princeps igitur editio ea est, quam Beatus Rhenanus anno 1516 emisit (cf. p. XXI): quae saepius repetita est: 1) 'Colloquiorum familiarium incerto auctore libellus graece et latine, non pueris modo sed quibusvis, in cottidiano colloquio, graecum affectantibus sermonem, impendio futurus utilis.' Lovanii apud Theodoricum Martinum. Mense aprili. MDXVII (cf. Massebieau 'Notices et Extraits' XXVII 2 p. 458: ipse editionem non vidi). — 2) 'Familiarium colloquiorum formulae, graece et latine, Cebetis dialogus' e. q. s. Basileae. MDXLII. ed. Albanus Torinus (cf. Massebieau l. s. s. p. 461. — 3) Familiarium colloquiorum formulae,

1) Paucula quaedam me invito relicta sunt quae ex ratione mea relinquere non debui: quae hoc loco addo. P. 235, 22 scr. ζωδιών; ibid. 48 scr. κυνηγείας; 236, 1 scr. ἀμπελώνος; p. 241, 67 scr. ζωδιών; p. 245, 64 εἰλιγξ; p. 248, 31 πλευρόν; quorum si quae similia invenientur, benevole lector corrigat. — Ceterum similia hermeneumata nescio an ante oculos habuerit qui colloquia novicia codicis Paris. gr. 2885 fol. 163^r—167^v composuit: Ἀρχὴ δὲν θεῶν ἀγίῳ τῆς καθημερινῆς ὁμιλίαι. Θεὸς αἴτιε πάντων . . . ἐγὼ ἐπιθυμῶ ἵνα μάθω τὴν τῶν Ἑλλήνων γλώτταν κτλ.: quae colloquia mihi indicavit Krumbacherus.

græce et latine. 'Cebetis Philosophi Thebani dialogus' e. q. s. Antverpiae, in aedibus Ioannis Steelsii. a. MDXLVII (cf. Boucherius l. s. s. p. 461).

Praeter hanc editionem commemorandus est Bonaventurae Vulcanii Thesaurus, quem colloquia omissa praefatiuncula continere supra dixi, repetita in Labbaei glossariorum editione Londinensi (a. 1816); porro Boucherii editio in 'Notices et Extraits' tom. XXIII 2, p. 478 sqq. (cf. tom. XXVI I2, p. 457 sqq.); denique Hauptii recensio in indice lectionum hibernarum a. 1874 = Opusc. vol. II p. 508 sqq.

III

§ 9. Quae secuntur hermeneumata Montepessulana ex uno codice Montepessulano H 306 saeculi IX edita sunt. Codex est membranaceus 220 foliorum (165 × 230 mm.), ex variis partibus compositus. Continet haec opuscula: 1) fol. 1^r et 1^u, 2^r recensum eorum quae insunt recenti manu scriptum; 2) fol. 2^u *Ad te leuavi animam meam* (saec. X); his subiecit manus saec. XIII: *hunc librum pro institutis in uadium habemus*; 3) fol. 3^r canticum latinum (*deus meus in te confido*) cum notis (saec. X); 4) fol. 3^u—5^u *Incipit ordo ad iudicium faciendum* e. q. s. (saec. X); 5) fol. 6^r—6^u *Adbreuiatio chronicae per VI aetates* (saec. IX); 6) fol. 7^r *Ratio quomodo feria qua dñs passus est inuenitur* (saec. IX); 7) fol. 7^r—8^r *De hebdomadibus LXX propheticis* (saec. IX); 8) fol. 8^r—8^u *Cur XIII luna paschalis intra XII kt e. q. s.* (saec. IX); 9) fol. 8^u carmina duo *de vita honesta et de feliceiore priore actate* (saec. IX); 10) fol. 9^r—10^u *Theodulfi episcopi Aurelianensis versus elegiaci de libris veteris et noui testamenti* (saec. IX); 11) fol. 10^u—11^u *versus Bedae de die iudicii* (saec. IX); 12) fol. 11^u—13^u *Incipiunt libri Catonis philosophi et versus de Filomela* (saec. IX); 13) fol. 14^r—14^u *Incipit praefatio Alchuini ad Karolum imperatorem in uetus et nouum testamentum* (saec. IX, sed alius atque antea manus); 14) fol. 15^r—19^u *Incipit Hortographia Capri* (saec. IX; cf. Keilius Gr. L. VII 92 sqq.); 15) fol. 19^u—21^r *In singularibus . . . manu recte* (saec. IX; cf. Keilius Gr. L. VII 107 sqq.); 16) fol. 21^r—27^r *epistola agroccii ad eucherium* (saec. IX; cf. Keilius Gr. L. VII 113 sqq.); 17) fol. 27^u *Incipit de orthografia Religio ideo . . . a frigendo. Finit feliciter* (saec. IX); 18) fol. 28^r—32^r *Differentiae* (saec. IX, sed alius manus quam antecedentia; cf. Hagen Anecd. Helv. 275—290; Beck, Sulp. Apoll., appendix); 19) fol. 32^r—32^u *Incipit de posituris* (saec. IX; cf. Keilius Gr. L. IV p. 372); *Somnior dicendum . . . non paupertate* (cf. Keilius Gr. L. VII 95, 1—3); *Baculum . . . balineum* (cf. Keilius Gr. L. VII 108, 7); *Cludes haec non hi . . . coturnices non coturnices* (cf. Keilius

Gr. L. VII 108, 17); *Arbor . . . uenduntur* (cf. Keilius Gr. L. VII 118, 14—20); *Dilectum . . . his sales pluraliter urbanitatis alicuius singulariter*; 20) fol. 32^r—34^r *Differentia sermonum ex epitomis uirgilii* (saec. IX); 21) fol. 34^r—35^r *Ex libro catonis. sunt aduerbia localia e. q. s.* (saec. IX); 22) fol. 36^r—58^u *Differentiae* (cf. Beckii liber de differ. scriptoribus p. 28 sqq.; manus saec. IX quae haec scripsit similis est eius, cui Pseudodositheana debentur); 23) fol. 58^u—61^r *Inter auxilium . . . stilla cadit* (saec. IX; ed. Handius in ind. Ien. a. 1848); 24) fol. 61^r—68^r *Incipiunt differentiae . . . pratum* (saec. IX; cf. Reifferscheidius Suet. rel. p. 274 sqq.); 25) fol. 68^r—69^r *Incipiunt differentiae prohi ualerii inter austrum . . . amen* (saec. IX); 26) fol. 69^r—79^u *Nulla unitas est in qua trinitas non inueniatur . . . bonorum causa perscribit* (saec. IX); 27) fol. 80^r—101^u *Incipit liber differentiarum. In dñm et dñm ita quidam . . . absque exemplo humilitatis christi* (alia manus saec. IX); 28) fol. 102^u—107^u *Me legat antiquas . . . sabbati* (alia manus saec. IX; cf. Keilius Gr. L. VII p. 295 sqq.); 29) fol. 107^u—109^r *De orthographia. orthographia grece . . . scribendum est* (saec. IX); 30) fol. 109^r—116^u *Incipit liber de orthographia. A littera . . . sermo inuenit* (saec. IX; cf. Keilius Gr. L. VII p. 261 sqq.); 31) fol. 117^r—121. *Incipiunt interpretationes nominum aebraicorum. Adam homo . . . magister de babylone* (saec. IX; cf. Beda, tom. III p. 371); 32) fol. 122^u—123^r *De Nouo testamento. Abraham pater uidens . . . Zmyrne canticum corum* (saec. IX); 33) fol. 123^r—128^r *Incipiunt glose in uerbis grecorum. Absida lucida . . . Zozia signa* (saec. IX; cf. 'Der Liber Glossarum' p. 250); 34) fol. 128^r—138^u *Incipiunt glossae latinae. Abba pater . . . Zozia signa* (saec. IX; 'Der Liber Glossarum' p. 251); 35) fol. 138^u *Introitum in missa in greco e. q. s.* (saec. IX, sed alius manus); 36) fol. 138^u *Salarium est debite mercedis stipendium* (saec. IX; cf. G. Haenel, codex Theodos. p. 1274); 37) fol. 139^r—211^r *Pseudodositheana* (alia manus saec. IX); 38) fol. 211^u *Interroq̃ a lingua confitentur . . .* (saec. IX); 39) fol. 212^r *Credo in unum deum e. q. s.* (saec. IX); 40) fol. 213—222 *lexicon quod edidi* (saec. IX). In fine versus quattuordecim christiani.

Ea pars quae Pseudodositheana continet cum aliis partibus postea demum, sed antiquissima iam aetate coniuncta est; in folio 146^u legitur numerus I itaque in sequentibus; in fol. 186^u VI; sequitur ternio cuius in fine (192^u) legitur VII; in fol. 200^u VIII, in fol. 208^u VIII; sequitur binio (fol. 209—212) sine signis; fol. 213—220 quaternionem efficiunt; fol. 221 et 222 quae non cohaerent illis adiuncta sunt. Qui fol. 139—211 scripsit, eiusdem sunt fol. 213—222; quae intercedunt alia manu scripta sunt. Vtraque igitur pars iam nono

saeculo coniuncta videtur esse: primum scripta sunt fol. 139—211; 211ⁿ—212ⁿ vacua relicta sunt, non praefationi reservata, quae est Boucherii suspicio, sed finalia: postea addita sunt folia 213—222; tum quae intercedunt sunt adiecta. Cum foliis 139—222 antiquissimo tempore folia 102—138 cohaerebant; nam aliquot enuntiata quae pertinent ad antecedentia in fol. 139^r leguntur. Ceterum cf. de hoc codice praeter Boucherium in 'Notices et Extraits' tom. XXIII 2 p. 277 sqq., Baehrensium P. L. M. III p. 209, Beckius de differentiarum scriptoribus p. 24, Keilius Gr. L. VII p. 222.

Prima manus verba contextus continua plerumque esse voluerat: puncta quibus pleraque distincta sunt manus secunda eiusdem aetatis addidit, saepius in verbis graecis quam latinis. Eadem manus aliquot glossas supplevit et saepius usa est notis tironianis: quas cum imitari non potuerim ne quid deesse videatur hoc saltem loco explicabo ex lectione Guilelmi Schmitz meis precibus benigne cedentis: p. 287 adn. 4 = *Require* vel *Requiro*; p. 293 adn. 3 *Generat* vel *Generi*; p. 308 adn. 2 *non habet* (scil. glossam); p. 317 adn. 1 *non habet* (scil. glossam); p. 317 adn. 8 *non habet* $\tilde{\gamma}$ (h. e. glossam); p. 318 adn. 7 *non habet* (scil. glossam); p. 322 adn. 7 non tironiana nota est, sed signum paragraphi vel simile; p. 323 adn. 5 *non habet* $\tilde{\gamma}$ (h. e. glossam); p. 330 adn. 4 *non habet* $\tilde{\gamma}$; p. 336 adn. 5 *non habet*.

Codice Montepessulano primus usus est Fridericus Duebnerus in Mus. Rhen. Welckeri et Naekii tom. II (a. 1834) p. 599—603, qui nonnulla inde protulit. Integra hermeneumata inde edidit Boucherius l. s. s., sed omisso glossario. (Cf. 'Note additionelle' in 'Notices et Extraits' XXVII p. 457 sqq.) Antè Boucherium colloquium edidit Mauricius Haupt in ind. lib. Berol. a. 1871 = Opusc. tom. II p. 441—450; post Boucherium denique Hermannus Hagen Friderici Duebneri usus schedis in progr. Bern. a. 1877 (de Dosithei magistri quae feruntur glossis quaestiones criticae) multas lectiones edidit, qui simul conspectum eorum quae libro continentur proposuit. Boucherii editionem Gundermannus accurate cum codice denuo contulit, nisi quod vocabulorum divisiones non ubique notavit: idem glossarium transcripsit: a qua opera mea editio pendet.

Glossarium graecolatinum codicis Montepessulani H 143 saeculi XVI (cf. 'Catalogue général' tom. I p. 340 sqq.) apographon continere ex libro H 306 iam Boucherius p. 281 indicavit.

IV

§ 10. Maioribus hermeneumatōn collectionibus — de Stephaniana non habeo quod addam eis quae supra exposui — minora aliquot

opuscula subieci quae varia cum illis ratione coniuncta sunt. Ac primo quidem in loco posui fragmentum Bruxellense. Codex Bruxellensis 1828—1830 membranaceus saeculi X haec continet glossaria (reliqua mitto): 1) fol. 36—46^u *Incipiunt hermeneumata* (quibus m. 2 adiecit *i. interpretationes uel resolutiones nominum*). *De decem speciebus medicamentorum. Haec sunt de animalibus terrenis et marinis uel seminibus uel lapidibus uel lacrimis atque metallis. de greco in latinum translatis. Asaru i. bacca siue vulgagine . . . Ziret i. artemisia*; 2) fol. 47^r—49^r *Abdixi destitui, Abmii abnegauit . . . Femalis uoluptuosus masculinum et femininum facit nis ne*. Sequitur glosa in *ep̄ta Iacobi apostoli et alia biblica*; 3) fol. 50^r—50^u *Nomina uoluerum Aquila carn . . . uel bugium*: quae secuntur aliae glossae latinae et saxonicae; 4) fol. 51^r—68^u *Abba i. pater . . . Zizania herba mala in messe quae facit uitia* (cf. 'Der Liber Glossarum' p. 250); 5) fol. 68^u—77^u *Haec sunt greca uerba et aliqua eorum cum glossis suis. Abdomen i. pinguedo carniū Absida e. q. s.* (cf. 'der Liber Glossarum' p. 251); 6) fol. 77^u—83^r *hebraica nomina propria. Adam . . . Zamri*; 7) fol. 83—89^r *De nouo testamento Abraham e. q. s.*; 8) fol. 89^r—92^r glossas graecolatinas *Boleociuis cogitans. Ballecinit cogitat e. q. s.* (conjugationum sunt exempla); 9) fol. 90^r—93^u Pseudodositheana hermeneumata; 10) fol. 94^r—95^u glossas latino-saxonicas; 11) fol. 96—105 fragmentum grammaticum; 12) fol. 106^r—107^r glossas latinas: *Auctoratum priorum auctoritate firmatum . . . Caulem radicem*; 13) fol. 118 catalogos aliquot saeculi X.

Capitula Pseudodositheana quae insunt in hoc codice proxime accedere ad alterum glossarium Stephani iam supra p. XV exposui: quod maxime de prioribus capitulis valere quivis videbit, qui utrunque opusculum comparaverit. — Apographon quo usus sum roganti mihi conficiendum curavit humanissime Eduardus Fétis Bruxellensi bibliothecae praefectus.

§ 11. Quod sequitur glossarium Leidense editum est ex codice Leidensi Vossiano latino maximae formae 26, de quo vol. IV praef. p. XXIX diximus. Apographon glossarii confecit Krumbacherus, quod typothetae tradidi, sed ut ipsas plagulas denuo cum codice tenam transmissio conferrem. Apographon huius libri est in codice Vossiano latino in octavo 44 fol. 3^r—7^u manu Fr. Nansii scriptum. De apographo Burmanniano cf. Loewius Prodr. p. 170 et p. 206.

De ipsis glossis docte disputavit Krumbacherus p. 41sqq.; summam disputationis p. 46 ita complectitur: 'Cod. Voss. latinus in folio 26 continet fol. 36^r—47^u librum primum cuiusdam Interpretamentorum Pseudodositheii recensiois, cuius reliquae partes non iam exstant; huic

libro, vocabulario ad ordinem litterarum digesto, ludimagister uel librarius quidam multas glossas inseruit, quas ex eiusdem Interpretamentorum recensiois libro altero et tertio, i.e. e vocabulario certis generibus distributo et e colloquiis sumpsit. liber alter huius recensiois ab omnibus quas nos possidemus recensioibus diversus fuit, proxime autem accessit ad unam e duabus recensioibus Stephanianis. liber tertius eiusdem recensiois eandem colloqui Monacensis recognitionem antiquiorem et meliorem continuit quae nobis in solis codicibus Monacensibus tradita est.

§ 12. Singularem locum hermeneumata Vaticana obtinent, edita ex codice Vaticano 6925 saeculi X. Codex miscellaneus est et ex variorum librorum particulis compositus. Glossae in fol. 67—78 exstant; in fol. 67^r in margine superiore legitur: *Chiffletii*. Apographo usus sum Christiani Huelsen; plagulas cum ipso exemplari denuo contulit Gundermannus. Ceterum earundem glossarum apographon continet cod. Leidensis Gronovianus 114. Notas tiro-nianas solvit mihi Guilëlmus Schmitz.

§ 13. Hermeneumatis Vaticanis subieci glossas Stephani, quas ille l. s. s. p. 305—359 exhibuit. In praefatione post ea quae supra attuli haec sunt: 'hiscè uocabulis uarias uoces attexui, ex diuersis exemplaribus collectas: sed quum ibi nullus certus ordo seruetur, ego alphabeticum seruauì. Qua in re nihil auctoritati illorum derogauì et lectorum utilitati consului.' Utilitati consuluisse Stephanum non nego; auctoritati tamen propterea derogauit multum, quod quales fontes fuerint hac ratione instituta occultauit. Itaque percommode accidit, ut Petrus Daniel Loiselii veterem codicem exciperet; nam illis glossis usi rectius de Stephani farragine iudicare poterimus.

Codex igitur Bernensis chartaceus saeculi XVI, de quo conferatur Hageni catalogus, loco tricesimo folia aliquot continet, quorum sex priora hanc habent inscriptionem: 'Ex veteri lexico latino-graeco Ant. Loiselii'. Excerpta igitur haec sunt et scripta anno 1564, ut subscriptio docet, manu Petri Danielis. Haec excerpta non eiusdem generis sunt omnia: pars enim fluxit ex primo et altero colloquio Stephani; 474, 2 = 376, 61; 474, 3 = 377, 14; 474, 4 = 378, 27; 474, 5 = 379, 4; 474, 6 = 379, 9; 474, 7 = 379, 10; 474, 8 = 379, 14; 474, 9 = 379, 18; 474, 10 = 379, 43; 474, 11 = 379, 54; 474, 12 = 380, 1; 474, 13 = 383, 37—39; 474, 14 = 384, 13; 474, 16 = 350, 19; 474, 17 = 350, 24; 474, 18 = 350, 35; 475, 1 = 350, 74; 475, 2 = 351, 2; 475, 3 = 351, 39; 475, 4 = 351, 42; 475, 5 = 351, 45: eodem modo excerpta sunt 475, 6—8 ex capite de membris humanis, 475, 9—24 ex capite de moribus. Sed etiam

in eis quae secuntur saepius Pseudodositheana deprehenduntur; velut p. 477, 26 et 27; 478, 17; 18 ut alia mittam. Ex his non multa discimus, cum nota sint ex aliis libris. Sed insunt graviora. Series quae est p. 483, 59—67 glossarum nominum est, non latino-latinarum, sed antiquissimarum, h. e. latinograecarum; respondet enim 59 = II 584, 3; 60 = 584, 8 (*inmanis μέγιστος*); 61 = 584, 10; 62 = 584, 16; 63 = 584, 21; 64—66 bene ordini post haec nomina conveniunt; accommodatae enim sunt terminationum legi; quae sequitur glossa 67 = 584, 34, est. Pro *bilex* scribendum *inlex* et pro *ἀνεμω* potius *ἀνομω*. Quae res forte accidisse nullo modo potest. Etiam quae secuntur grammatica ratione disposita sunt: cf. series quae est a *Caenacarius* (p. 484, 7) ad *Caelebs* (p. 484, 72) *us, a, um, o, or, is, x, s* (cf. Gl. Nom. ed. Loewe praef. p. X); item p. 485, 24—35 (*us, a, o, or*); p. 485, 36—47 (*um, o, as, or, is, x, s*); p. 485, 58—486, 2 (*us, a, um*) ut alia mittam. Quae autem verba leguntur sub finem excerptorum (p. 486, 51—74), quattuor coniugationibus sunt accommodata (*are, ēre, ēre, īre*); quae excipiunt deponentia. Quae res non aliter explicari poterit, quam ut statuamus, excerpta haec esse ex glossis grammaticā ratione dispositis; ex persimili autem collectione glossas nominum esse haustas. Haec qui reputabit, has glossas cum ceteris ex Loiselii libro petitis et vetustas esse et bonae notae censebit.

Nunc vero quaeritur quae necessitudo intercedat inter has glossas et Stephanianas. Ut paucis rem complectar: quaecumque ex Loiselii libro excerptis Petrus Daniel ea paucissimis quibusdam omissis inveniuntur apud Stephanum: quae utrum petierit ex Danielis exemplari et alia aliunde adiecerit an ex ipso Loiselii libro cum reliquis quae non habet Daniel ipse hauserit non satis liquidum est: quamquam illud veri esse similis iudico, siquidem recte contendit ille ex 'diversis exemplaribus' sua pendere. Hinc facile intellegitur cur ne Stephani quidem excerpta ut excluderem a me impetrarim. Danielis excerpta descripsit Gundermannus: quo apographo usus sum.

§ 14. Glossae Bernenses editae sunt ex codice Bernensi 688, membranaceo (148 × 103 mm.) saeculi XIII. Continet duo glossaria 1) fol. 2^r—8^r *Abseida lucida*, quas glossas edidi; 2) fol. 10^r—57^b glossas *Abactus ab actu remotus* (eaedem glossae insunt in codice Cantabrigiensi de quo vol. II pag. XLIV egi, Paris. lat. 8048; pleraque ex Papia sunt excerpta). Apographo usus sum Gundermanni; plagulas cum ipso codice denuo conferre potui.

Pars glossarum quae in hoc glossario leguntur ex eodem lexico petita est quod ex 'libro glossarum' excerptum esse alibi docui ('Der

Liber glossarum' p. 251), sed adiecta sunt hermeneumata Pseudodositheana non pauca eaque ex collectione petita, qualem exhibet codex Montepessulanus. Quod ita se habere intelleges vel ex una haec serie quae est p. 504, 26—35 = p. 290, 33—44.

§ 15. Pergo nunc ad glossas Vaticanas, quas edidi ex codice Vaticano Palatino 1773 saeculi X adscito codice Vaticano Palatino 1774 saeculi XIII. De his codicibus cf. quae exposui in commentatione de libro glossarum scripta p. 228 et 233. Codicis Palatini 1773 lectionem secundum Gundermanni apographon exprimendam curavi: eidem lectiones Palatini 1773 debentur. Huius libri materia secundum hunc ordinem disposita est: G, I, K, L, M, N, T, Z; initium igitur periiit. Post N litteram haec leguntur: 'Litteras alphabeti sequentes secundam grecam expositionem non invenimus in exemplaribus praeter t z et ideo t littera sequitur. Incipit littera t secundum grecam expositionem.' Ex his patet, lexicon transcriptum esse ex exemplari litteras A—N continente et secundum eundem qui est in 1773 ordinem disposito. In codice 1773 folia 15—21 unum efficiunt quaternionem, cuius extremum folium excisum est: cum hoc finis L litterae et litterae M N perierunt.

Tertius earundem glossarum codex est Cantabrigiensis Gale ms. O. 5. 34 foliorum membranaceorum non numeratorum (25 × 34 cm.) saec. XII/XIII. Praemissa est scidula cum hac inscriptione: *Collegium SS. et Individuae Trinitatis in Academia Cantabrigiensis*. In fol. 1^r leguntur hebraica usque ad fol. 29^r; a fol. 29^r—39^r id ipsum exstat de quo agitur glossarium; in fol. 40^r sqq. epitome libri glossarum, de qua alibi egimus; denique in fine Pauli glossae ad elementa dispositae, et *elucidatio obscurarum partium* in quinque libris *moysi*. Glossarium quod tractamus ita explicat: *Nodios modius, Navos situlus, Nipter pulvis*, h. e. eodem fere modo atque glossae codicis Palatini 1774.

Quartus denique codex Oxoniensis est, cod. Balliol. 155 foliorum 204 membranaceorum (295 × 400 mm.) saeculi XIV, qui praeter alia (de quibus cf. commentatio de libro gloss. scripta p. 252) in fol. 26^v—37^r idem glossarium continet et primum quidem litteras ABGDEZTIKLMN, deinde litteras OPRSTXYZ. Litterae A—M fere non discrepant a codice Cantabrigiensis; idem de initio litterae N dicendum est; reliqua pars huius litterae et eae quae secuntur ex alio fonte adiectae sunt, scilicet ex glossario eiusdem generis quod ex codice Bernensi expressimus. Vnde cognoscimus, hoc glossarium in omnibus quos novimus libris mancum esse. Ceterum commemoro Cantabrigiensem inspexisse Gundermannum, codicem Oxoniensem

quem aliquoties commemoravi Georgium Parkerum Oxoniensem in meum usum transcripsisse.

Glossae quae insunt in hoc glossario partim congruunt cum codice Bernensi; alteram partem ex hermeneumatis Montepessulanis transcriptam esse non est cur amplius demonstrum.

§ 16. Huius generis glossaria praeter ea quae tractavi etiam alia extiterunt: tale enim fuit, ut uno utar exemplo, ex quo glossae 'abavus' ditatae inveniuntur in codicibus Vossiano 24 in folio (cf. vol. IV praef. p. XXXVI) et Bernensi 236 saec. X (de quo cf. commentatio mea 'Der Liber Gl.' p. 248). Quod ita se habere his excerptis libri Vossiani credes: *Periacteonos de acteone*, *Periaculo decelo*, *Peribromaton de escis*, *Pericreon de carne*, *Perichalceon dehencis* (c pro s corr.); *Peridoin actus pauli uel pytonicum ḡ*, *Periendomenias desuppellectile ḡ*, *Persideron eferreis*, *Periargiron de argenteis*, *Perianemon deuentis*, *Periantropon dehominibus*, *Peridendreon de arboribus*, *Periteszoes theorica idest de uita complatiua* et his: *Theoeloei dii propitii ḡr*, *Theo euromone* (corr. ex euromane) *dii celestis ḡr*, *Theo epigioe dii terrestres ḡr*, *Theo catahoniae dii inferni*, *Theoiegtacnathoe dii immortales*, *Theorica contemplatiua*, et his glossis singularibus: *Eme epemelia mea diligentia*, *Diatie bradines quare tardas*. Multa ex eis quae in hoc libro exstant hermeneumatis petita sunt ex colloquio Harleiano, pauciora ex hermeneumatis Leidensibus. Exempla aliquot afferam: *Periacteonos de acteone* = 57, 15; *Paragraphea* = 108, 22; *Paragrammatica* = 108, 33; *Inagrapses ut scribas* = 109, 57 (55); *Semeronde hodie autem* = 110, 59 (= 81); *Istonoctiam addonum* = 115, 18; 19; *Vdensu nihil tuum* = 114, 24; *Matonthem per deum* = 115, 52; *Etinaxo excutio* = 114, 51; *Pedariom thaceos puer cito* = 115, 63; 64; *Diatiebradines quare tardas* = 115, 76; 77. Ex his igitur glossis probabile fit etiam in fonte ex quo haustae sunt colloquium Harleianum cum hermeneumatis Leidensibus coniunctum fuisse: quod iam supra ita se habere coniecimus. Has autem glossas ut ederem a me impetrare non potui: vix enim credibile, in ista farragine quicquam esse servatum quod quaestiones hermeneumaticas illustret. Itaque hoc paucis commemorasse satis habeo.

V

§ 17. Quam in extremo volumine edidi glossarum latino-graecarum collectionem, ea ad artem medicam spectat. Selegi vetustiora glossaria, quae quomodo composita sint alio volumine exponetur: recentiora, quae partim ab illis pendent partim referta sunt artis vocabulis scholarum medicinalium noviciarum, ab hac collectione excludenda esse censui.

Ac primo quidem loco posui hermeneumata Cassinensia edita illa ex codice Cassinensi 69 saeculi IX, qui praeter alia de quibus cf. bibliotheca Cass. II p. 220 sqq. hoc glossarium a p. 527—536 exhibet; exitus intercidit cum integra foliorum compage: quae secuntur verba *integrum dicebat et totum ipse aque nimisma vocatur pro eo quod nominibus principum effigiis quae signetur e. q. s. ad tractatum de ponderibus et mensuris pertinent.* Praecedunt pag. 524—527 *antemballomena Galeni: INCIP ANTE · APOLLOMINAS GALIENI Pro aloen mittis licium aut centaurei sucum . . . pro zingiber mittis piperu.*

Hermeneumata Senensia (p. 542—548) petita sunt ex codice Senensi FV 8 saeculi XXI, de quo egit Ioannes Schmidt Hermae vol. XVII (a. 1882) p. 239 sqq. et XVIII (a. 1883) p. 521 sqq.: idem ex suo apographo easdem glossas edidit p. 527 sqq., a qua editione mea pendet. Supplementa certa quae ille uncinis quadratis inclusit recipere nolui; spatia punctis indicavi.

Tertio loco edidi quattuor glossaria codicis Vaticani 1260. Liber est membranaceus 178 foliorum formae quartanae, scriptus decimo saeculo; continet praeter alia haec: 1) Hygini astronomica in fol. 44 sqq.; 2) Aethicum Istrum in fol. 125 sqq.; 3) glossarium medicoboticum in fol. 165^r—172^u; 4) alterum glossarium 172^u—174^r; 5) in fol. 174^r *de anteboluminis Proaganta · i · linea calamo aromatico . . . Proxilocasia. brateus expliciunt antebolumina galieni;* deinde post glossas aliquot tractatum de ponderibus et talentis; 6) tertium glossarium medicoboticum in fol. 175^r—177^r; 7) quartum glossarium medicoboticum in fol. 177^r—178^r; 8) in fol. 178^r: *incipit ante balunia que galienus auctor cum electis filosoforum medicis . . . adiutorio. Proaromatico . . . Prosilbidio upela. Finit.* In fol. 1^r legitur: '*Petri Danielis Aurel.*' et in margine superiore numerum Danielis manu scriptus *K. 51.* — Quattuor quae insunt glossaria accurate exprimenda curavi partim ex Loewii partim ex Gundermanni apographo.

Primum glossarium quod quomodo cum Pseudo-Apuleio reliquisque medicis cohaerent, alio loco docebo, etiam in codice Parisino quodam legitur, nempe in cod. lat. 11219 (suppl. lat. 1319) saeculi noni. Qui liber praeter alia etiam glossaria medicobotanica duo exhibet et id quidem de quo agitur in fol. 179^u—190^u: *Incipiunt hermeneumata dedecim speciebus . . . Isauria idest caricas. Inguinalis idest pionia. Kopros idest stercus;* reliqua desunt. Partem huius glossarii descripsit Gundermannus, integrum glossarium Omontio intercedente vir quidam doctus Parisinus; nolui tamen lectiones in apparatu ponere, utpote ex quibus non multa disci possint; in

universum enim conspirat liber cum Vaticano, nisi quod hic illic recentiorem linguae formam ostendit Parisinus. — Idem glossarium etiam in codice Bruxellensi 1828—1830 saeculi X exstat, de quo p. XXVII egi, in fol. 36sqq.: ex quo libro quae excerptis Gundermannus, ea satis prope ad codicem Vaticanum accedunt. — Praeterea litterae B et C transierunt in Vaticanum 4417, de quo infra disputabitur.

Alterum codicis Vaticani glossarium, cuius initium est *aarsicon idest auro pigmentum*, in eodem quem modo commemoravi libro Parisino fol. 171^r—179 legitur, sed conglutinatum cum glossis aliunde receptis: quarum longe maior pars etiam in primo glossario Vaticano exstat. Inter folium 174 et 175 aliquot folia cum maiore parte litterae G, integra littera H, maiore parte I litterae intercederunt. Hanc contaminatarum glossarum farraginem cum emendationem magis implicare quam adiuvere cognovissem omittendam esse censeui.

Tertii glossarii (*anesus herba folia eius coriandri simulant*) praeter Vaticanum duo novi exemplaria, quorum lectiones cum fieri vix poterit ut in apparatu respicerem, p. 607 sqq. exhibui. Codex Bernensis 337, cuius scripturam p. 607—616 dedi, scriptus est undecimo saeculo; insunt 14 folia membranacea (11 × 26 cm.), quibus haec continentur: 1) in fol. 1^r—2^v antidota quaedam; 2) in fol. 3^r—8^r glossae 'Anesus'; 3) in fol. 8^r—14^v glossae 'Antrix', de quibus paulo post dicitur. Manus altera quae passim scripturam correxit eiusdem aetatis est cum priore. Ultima glossarii pars non exstat. Ceterum apographo usus cum Gundermanni. — Codex Vaticanus 4417 saeculi undecimi 127 folia continet membranacea (18 × 31 cm.); insunt varia opuscula medicinalia (antidota, antemballomena Galieni, tractatus de ponderibus et mensuris); glossarium est in fol. 119^r—127^v. Litterae B et C ex alio glossario fluxerunt eoque persimili illius, quod primum locum in codice 1260 occupat. Vsus sum apographo A. Koehleri, quod ille Loewio olim donaverat, sed denuo cum codice a Gundermanno collato.¹⁾ — Eiusdem glossarii excerpta ad severiorem litterarum ordinem disposita transierunt in codicem Oxoniensem Bodleianum Laud. miscell. 567 saeculi XII, insertis haud paucis glossis aliunde, velut glossis saxonice, quae miro modo cum illis congruunt quas ex codice Cantabrigiensi colleg. Corp. Christi edidit J. H. Hessels. Quod ita se habere vel ex

1) Compendia etiam huius libri plerumque solvi, nisi ubi ratio id dissuasert: non solvi compendium ÷, quod ut significare solet est, saepius pro *idest* videtur esse positum; ceterum pro *idest* legitur in plerisque glossis *id*.

haec serie cognosces: *acceptabulon idest scarphya de ovo, acenum idest acrior aceto, acenis idest ortice semen, accitula idest hramse, accitellium idest romsam croġ, accitullium idest geaches sura, acinum idest hindberge*: ex quibus tres priores ex eo quod tractamus glossario excerptas esse secundum ordinem (*ac*) facile apparet, posteriores quattuor eodem ordine in Cantabrigiensi exstant (p. 10, 129—132). Cuius rei ratione perspecta haec collectanea excludenda esse putavi. Litteras A, B, R meo rogatu transcripsit Georgius Parker Oxoniensis.

Quartum glossarium quod indole et materie a tribus prioribus differt in eodem codice Bernensi exstat quem supra commemoravi: unde paucas easque potiores lectiones, haudquaquam omnes apparatusi inserui. Quomodo cohaereat cum Oribasio latino aliisque libris nunc quaerere nolo.

Glossariolum Parisinum quod subieci fluxit ex codice Parisino lat. 11218 (suppl. lat. 212) saeculi IX: quo in libro praeter alia glossae medicobotanicae in fol. 39^u—41^u insunt. Apographon fecit Gundermannus. Glossae extremae Pseudo-Apulei sunt.

Glossaria recentiora quae vetustiora numero multo superant, velut glossae *Alphita*, '*Sinonoma Bartholomei*' quae edidit Mowat in *Anecdotis Oxoniensibus* vol. I part. 1 et 2, corpus *Matthaei Silvatici*, quomodo cum illis cohaereant tum dicitur, cum de fontibus glossariorum medicoboticorum disputabitur: cur ab hac collectione excluserim, supra iam indicavi.

VI

§ 18. Maior materiae quam hoc volumine contineri volui pars quamvis singulari sit indole, tamen merito 'glossematica' dici potest et una cum aliis glossis in glossario generali tractanda est: quo vero modo aut consilio colloquia, fabulas Aesopias, responsa Hadriani, tractatum iuridicum, belli Troiani enarrationem, quaestiones mythologicas in lexico generali tractarem et ad pristinam formam revocarem, non inveni. Nam etsi consentaneum est vocabula glossematica ipsa ubiubi leguntur adhibitum iri omnia, tamen reliquis vocabulis plerumque tritissimis cur domicilium praebetur in indice esse non videtur. Accedit quod nemo in corpore glossariorum fabularum Aesopiarum recensionem quaeret, sed in editionibus harum fabularum ipsarum; Hadriani vero responsa et tractatus iuridicus in libris iureconsultorum aptum iam invenerunt locum; mythologiae denique partes a mythologis tractatae sunt: solis colloquiis nusquam quam in hoc ipso volumine commodiorem locum assignari posse putavi. Itaque colloquia quattuor, h. e. Leidense, Harleianum,

Monacense, Montepessulanum mendis librariorum purgata sine apparatu critico exhibui, adnotationes aliquot quibus carere non potui huic praefationi inserturus. Exclusi Stephani colloquia duo (p. 376—390) ut ab ipso editore iam emendata.

Colloquium Leidense quod reliqua exilitate superat eiusdem prosapiae est cuius primum Stephani colloquium, sed in fine mutilatum. Qua re non dubitavi traiectionem Boeckingii § 8 (ἦν γὰρ εἰς βαλανεῖον ἰτέον) reicere: cf. p. 378, 27. 28. Formas quae sunt εμαθα § 7 et εδραμα § 8 admittere nolui.

Colloquium Harleianum ex codice pessime habito refingendum fuit. Quae uncinis angularibus inclusi, ipse supplevi, quae quadratis, seiungenda esse censeo, quae rotundis denique notavi uncis, ea ad orationem variandam pertinere puto. § 1. *pro ἀναγκαῖον εἶναι* (necessarium esse) *nunc posui ἀναγκαῖόν ἐστιν* (necessarium est); *neque enim quomodo infinitivum expediam invenio*. — *Ibidem ante πρὸς ἡλικίαν* (ad aetatem) *nescio an ὅπως ἂν* (ut) *intercidisse statuum*. — § 8. *ἐπαιτεῖς Gelzero debetur*. — § 9. *β littera quae post πραιτῶριν est teste Krumbachero nescio quo spectare dicam*. — § 21. *ἀηδίαν ἐποίησεν Gelzeri est*. — § 23. *ἐκπλέκει idem valere quod 'explicit' conicio*. *De reliquis cf. ea quae in programme meo p. XVII commemorato exposui*.

Duo quae secuntur colloquia Monacensia egregie tractavit Krumbacherus l. s. s., a cuius editione mea pendet, nisi quod errores aliquot leviores correxi et paucis quibusdam locis meam viam secutus sum. Vt tamen suum cuique tribuam, notabiliores Krumbacheri et aliorum coniecturas (non meas) hoc loco enumerō. § 1. Ἀγαθὴ τύχη [καὶ εὐτυχῶς] *Krumbacherus*. — δύνασθαι] cf. p. 654 § 1 et p. 421, 17. — μᾶλλον *dubitanter add. Kr.* — τοῦτο *add. Kr.* — § 2. ἐγκοιμητραν *Kr.* — λευκόν *Vulcanius*. — scriniarius *Kr.* — praeductorium *Kr.* — παραγράφω *Kr.* — § 3. sermo, conuersatio *et* quoniam *Kr.* — ὑποδεσμίδας *Kr.* — § 4. κατεφίλησεν *Kr.* — κριτήριον *et* iudicium *seclisit Kr.* — εἶδης *et* *Beatus Rhenanus voluit et Christius in epistula ad Krumbacherum data: nihil tamen mutavi: neque enim primariam formam colloquii tractamus*. — κύ *seclisit Kr.* — ἐρούμενοι *et* dicturi *Kr.* — § 5. ἐξέπλησα ἂν *Boucherius. an ἐξεπλεξάμην ἂν?* — § 6. <ἔδωκας> *Kr.* — εἰ θέλεις *Kr.* — § 8. olerarium *Kr.* — § 9. <προένεγκε ἃ ἀναγκαῖά εἰς> *Kr.* — ἐπιτήδειον *Kr.* *Pro apparatu expectes aptum: cf. II p. 20, 21.* — λοπάδας *Kr.* — εὐθύς *Bursianus teste Krumbachero.* — <sed> *Kr.* — ὕδωρ *traiecit Kr.* — § 10. ὄσον *Kr.* — τῶν ὑπαίθρων *Christius l. s. s. διὰ τοῦ πτεροῦ Kr.* — per pteroma *Kr.* — τὸ πάλαι *Kr.* — introeamus *Traube teste Kr.* — ἀλειψαι. Ἀλειψα *Christius l. s. s.* — <καὶ> ὄξυκῦαμια *Kr.* — <et> fabas *Kr.* — § 11. *De νερόν cf. Kr.* —

aqualiculum *Kr.* — μύκας *Kr.* — siliquas *Gundermannus.* — <δὸς> πρόσφατον *Kr.* — <da> temetum *Kr.* — bibere *Bursianus teste Kr.* — § 12. <ἐποιήσατε> *Kr.* — ἐκτρέψη *et ineptiat Kr.: quode valde dubito.* ἢ στρεφθῆ aut reptet *Traube teste Kr.* — ἐξυπνίκατέ με *Kr.* —

Colloquium Montepessulanum Hauptius et Boucherius tractaverunt: quos ubi potui secutus sum. Ceterum hoc colloquium multo minus deformatum est quam reliqua. Notabiliores aliorum coniecturas etiam hoc loco enumero. § 2. duae *Hauptius: quamquam* duo pro duae *non inauditum.* — § 7. <ἀπ'> ἀρχαιογονίαι *Hauptius coll. Philox. p. 4, 26.* — obuia *Hauptius.* obuiam ito *Boucherius.* — § 8. Τιβουρτίνον *Hauptius.* — § 9. <μήτερ> *et <mater> Hauptius.* — § 13. Ζυγή *Hauptius.* — <ρ>κά *Hauptius.* — ἐπικάρσια *Hauptius.* — § 16. saluum lotum *Hauptius.* — § 17. κιλιγνίτας *Hauptius.* — placentam *Hauptius: at cf. p. 653: dulcía placenta.*

Vt in eis voluminibus, quae antea emisi, ita ne in hoc quidem reticere possum quanta undique liberalitate adiutus sim: copias suas Ienam miserunt praefecti bibliothecarum Bernensis, Einsidlensis, Leidensis, Monacensis: alio modo non minus benevolo mihi adfuerunt reliqui quos commemoravi. Nec magis taceo, etiam in hoc volumine laboris socium fidelem mihi fuisse *Gundermannum.* Quibus omnibus debitam gratiam et verbis reddo et opus ipsum persoluturum esse spero.

HERMENEVMATA LEIDENSIA

a = cod. Sangallensis 902 saec. X

b = cod. Harleianus 5642 saec. X

c = cod. Monac. 601 saec. X

In contextu exhibetur scriptura codicis Leidensis Voss. gr. formae quart. 7 saec. X.

[3 ^r]	επιπλεον autamplius	πραζον age	
	καμιζον etmaius	επρασσον agebam	
	καιελευσεριωτερον etliberius	επρασσεσ agebas	
	καιπληρεστερον etplenius	επρασσεν agebat	35
5	καιυπερμεστον etcumulatiuin	επρασσοαν agebant	
	δαφιλεστερονγαρ largitusenim	πραζω agam	
	καιπρο ηλκυμενος etprolixius	πραζις agas	
	αλλωσ aliter	πραξι agat	
	ευθεωσ statimmox	πραζοσιν agant	40
10	εξαυτησ continuo	επραξαμεν agebamus ²⁾	
	παραχρημ protinus	επρασσεται ³⁾ agebatiσ	
	παραυτα confestim	επρασσον agebam	
	εσπουδαμενωσ properantius	επραζομεν agebanius	
	ωριμωσ mature ¹⁾	πρασσεται agetes	45
15	θιξει tactu	πρασσοσιν agunt	
	στιγη punctus	πραζωμεν agamus	
	ταχυτερον celerius	πραζαται agite	
	τλλυ cito	πραζατατωσαν agant	
	ταλινι iterum	κατηγορηωσ accusabo	50
20	ιοθεν denuo	κατηγορησ accuσabiσ	
	ευκοσμια decor	κατηγορησει accuσabit	
	ροδισια ueneratim	πεινωσ bibo	
	ποινθανεται interrogat	πειννισ bibes	
	πλουσιοσ diues	πιννισ bibet	55
25	πενησ pauper	πιννωσιν bibant	
	αποδωσωον reddamergo	πιεταισ bibete	
	ταλυπα cetera	επιννωσ bibebam	
	καταστυχιον perlitteras	επιννεσ bibebas	[3 ^u]
	πρασσο ago	επιννεσ bibebat	60
30	πρασσισ ages	επιννομεν bibebamus	
	πρασσισ ageσ	πειπωκειν biberam	

1) e *ex* ae *rasura* corr. || 2) age *pro* egi corr. m. 1 || 3) *super* τ *alteram* τ *add.* m. 1 ||

πεπωκις biberas	ζωμος ius	40
πεπωκει biberat	ζωνη simicintium	
πεπωκιαν ¹⁾ bibebant	ζηλοτυπος zelotypus	
πιομεν bibamus	ζητιται quaeritur	
5 πιεται bibetes	ζεβρον etextingue	
πιονται bibent	ηγορασα emi	45
αδω canto	ηθελησα uolui	
αδισ cantas	ηθελησεν uoluit	
αδι cantat	ητοιμασα parabs	
10 αδουσιν cantant	ηγερθην surrexi	
αδον canta	ηρα sustuli	50
ηδον cantabam	ημετερον nostrum	
ηδες cantabas	ηδη iam	
ηδεν cantabat	ητησεν proposcit	
15 ηδσαν cantabant	ηλθεν uenit	
ησαμεν cantabimus	ηνεγκεν attulit	[4 ^r]
ησεται cantastis	ηρπασεν rapuit	56
ησαν cantarunt	ησασατο salutabit	
χαριζμαι dono	ηκουσεν audiit	
20 χαριζη donas	ησασ tetigit	
χαριζεται donat	θελισ uis	60
χαριζονται donant	θινγανι tangit	
χαρσε dona	θορουβται turbatur	
εχαριζμην donabam	θεωρι spectat	
25 εχαριζου donabas	θεραπειει curat	
ευκοπως facile	θερμενι calfaeit	65
ερακτης amator	θεος deus	
επιθυμι concupiscit · desiderat	θορουβος tumultus	
επιμελωσ diligenter	θωμεν ponamus	
30 επιθεσ inpone	θυρουρος ostiarius	
εικων imago	θυμαντικος animosus	70
εικοτως facile	θαλλουσιν florent	
ζημια damnum	θηλυκον femininum	
ζυγον iugum	θαυμαζω miror ²⁾)	
35 ζειγη paria	ινατι utquid	
ζευξον iunge	ικανοδοτης satisdatus	75
ζητημα questio	ιξευτης aucupator	
ζωγραφια pictura	ιχνευτης uestigato	
ζωσιν uiuent	ιξος uiscum	

1) i pro e corr. m. 1 || 2) secuntur 4 versus vacui ||

	ἶχνος uestigium	μενεται insanit	40
	ἴδρωσ sudor	μιci odet	
	ἱκεσια supplicatio · praefatio	μιθος fabula	
	ἴδιv uidere	μηvυcov nuntiat	
5	ἴcos aequalis	μενομεv anemus	
	ἴδε uide	μημιον monumentum	45
	ἴδιον suum · proprium	μαγιρος cocus	
	κατωс bene	vυξ nox	
	κακωс male	vικw uineo	
10	κρατι tene	vικa uincit	
	κραζι clamat	vοει intellexit	50
	κλαιει plorat	vαvαγoc ¹⁾ naufragus	
	κλαννι frangit	vεκpoc mortuus	
	κνηθε scalpit	vωθpoc infirmus	
15	κλειει claudit	vουνεχης sensatus	
	κωλυει uetat	vομoc lex	55
	κλειτγης fur	ξενoc ospis	
	κοιματαi dormit	ξενιζεται ospitatur	
	κεpδoc lucrum	ξενια ospitum	
20	κυβευτης stlactarius	ξυλα ligna	
	κεpδαινι lueratur	ξυcov rade	60
	κατεδιψεν reliquit	ξενoi ospites	
	καινον nobum	ξενι carminat	
	λαλω loquor	ξυλοκοπει defustat	
25	λαμβανω accipio	ουκ,οιδα nescio	
	λαωμεν micemus	ουδεν nihil	65
	λουκομεθα labemus	ουδεποται nunquam	
	λυсon solbe	οφιλω debeo	
	λεγι dicit	ορθον rectum	
30	λογoc uerbum	ονομα nomen	
[4 ^u]	λοιδορι maledicit	ουκουν ergo	70
	λαιv ualde	ουδεπω necdum	
	λαμπρον limpidum · clarum	ομου pariter	
	λησται latrones	ουκακουω nonaudio	
35	λιθoc lapis	ολοκληpηη integrum	
	μανθανι discet	ουκεξεστιv nonlicet	75
	μελλιc incipet · futurum	περιπατι ambulat	
	μολυνι inquinat	πpaccι agit	
	μενι habitat · manet	πoιει facit	

1) a posteriore sup. lin. add. m. 1 ||

παλαιει luctatu	σιγη silentium	
παιζι ludet	κυκοφαντης calumniator	40
πλυσι ¹⁾ labat	τηρι seruat	
πειραζι temptat	τρυπα pertundit	
5 πισσα ριχ	τριβι fricat	
πιτσοι piceat	τυπτι foedit	
προει mane	τορυνη tudicula	45
πιττος fidelis	τρεφι paseit	
πολις cibitas	τρωγι manducat	
10 πατι calcat	τικτι parit	
[5r] προαγι anteedet	τροφη cybus	
πολλα multa	τοιουτοτροπον hocmodis	50
προνοια prouidentia	τουτομεντοι hocetamen	
προβλεπι prouidet	τοσουτω tanto	
15 ριπτω proicio	τιεστιν quid est	
ριγω algeo	τοτε tunc	
ρενω spargo	ταυτα ieta	55
ρησσω adlido	τεθητω ponatur	
ραπτω cuso	υπαγε duete	
20 ρυφω sorbeo	υγιαγε integer	
ρυζος ictus	υγιενι ualet	
ρεγχω sterto	υλακτι latat	60
ρυσμαι exuo	υφαινουσιν texuent	
ρημα uerbum	υπηρετουσιν ministrant	
25 σιωπα tace	υποδησον calcia	
σησον cerne	υπαυσον exuclia	
σισον moue	υπερτοδεον superfluum	65
συρισον sibila	υμις uos	
στρωσων sterne	υποκαθικον subsede	
30 συρον trahē ²⁾	υπεστρεψεν rediuit	
σφινζον stringe	υπηκοος dicta obaudiens	[5v]
συνδουλος conseruus	υπκατω subter	
συνελευθερος conlibertus	υποτεθη ³⁾ supponatur	71
συνκλητος senatus	υψηλον altum	
35 συμφωνι conuenit	υποφερω suffero	
συνκοινος communis uictor	φρονιμος sapiens	
σποδος cinis	φροσι sapit	75
συνστρατιωτης commilito	φιλος amicus	

1) πλυ ex παι corr. m. 1 || 2) h add. postea m. 1 || 3) in margine m. 1 scripsit gio. sexmilia. quae anteedebant, abscisa sunt ||

φιλη amica	ψωμος buccilla	
φιλι amat	ψιχης mice	40
φιλησον basia	ωραι ore	
φρονι inuidet	ωδε hic	
5 φροντιζει curat	ωθερμονεστιν dum calidum est	
φροντιστης curator	ωφελι prodest	
φρευγι fugit	ωκαρτιδυναμαι quomodo modo pos-	45
φοβιται timet	sum	
φουα sufflat	ωδοκι quomodo putat	
10 φθιριζει peduculat	ωκανκαθιση quomodo sederit	
φριτσι horret	ωπλιςμενος armatus	
φιδεται parcet	ωμον erudum	
φημη fama	ωμοσεν iurabit	50
φιλοπονια studium	εωσωδε usque hic	[6 ^r]
15 χαιρι gaudet	ωλιςθησεν lapsus est	
χωλενι clodicat	ωδινει parturit	
χραται utitur	ωγριςθη indignatus est	
χρηνησει commodat	ωνησατο ²⁾ emit	55
χρονιζει tardat	ωκαυτωσ identidem	
20 χυλος succus	ωπλιςεν armauit	
χυτον fusile	ωνομασθη nominatus est	
χωμα rudera	ωμοσαν iurauerunt	
χαριτες gratiae		60
χρηστος suavis	επληρωθητω impletumestprimum	
25 χρησιμον utile	μετατωνερμη interpretamen ³⁾	
χωρι capet	νιων	
χρησον commodat		
ψηφοι calculi	εμηπειμελια ⁴⁾ meadiligentia ⁵⁾	65
ψηφιστης calculator	καιφιλοπονα etstudio	
30 ψηφιζι computat	μετεγραφα transseripsi	
ψευστης mendax	τουτοτοβιβλιον hunc librum	
ψευδεται mentitur	πασινξιολογωτατω omnibusdignissi-	
ψοφι crepat	imum	
ψεγι uituperat	εντωπρωτω inprimo	70
35 ψαλλι nabegat ¹⁾	γαρβιβλιω enimlibro	
ψαλλος pulix	τωνερμηνευματων interpretamento-	
ψαλλιζι pulicat	rum	
ψυχη anima	ωσπρωτα quomodo priora	

1) b ex u corr. m. 1 || 2) v ex μ corr. m. 1 || 3) post men una littera velut t incepta inter scribendum deleta || 4) antecedunt duo versus vacui || 5) mea pro media ut vid. corr. m. 1 ||

συνηνεγκαμεν contulimus	τροφοιοσ bulturnus	
ρηματα uerba	ποσιδων neptunus	
καιτουτων eteorum	ηλιοσ sol	
εκμερουσ exparte	χαροσ oreus	40
5 αναγκαια,εισικλιν; necessariaindecli- natione	πλουτων ditis pater	
ρηματων uerborum	σερατησ serapis	
ουτωσευκολωσ uti facilius	διονυκοσ liber pater	
τησμιλιασ sermoni	απολλων apollo	
τωνανθρωπων hominum	ακκληπιοσ aesculapius	45
10 ευχρησιαεσται proderit	ηρακλησ herculis	
νυν, ουν nunc ergo	ερμησ mercurius	
εντωδευτερωβιβλιω insecundo libro	παν siluanus	
ερουμεν dicimus	διοσκοροσ castores	
ωνκαιθελησι quorum etuult	πριηποσ priapus	50
15 προνοια prouidentia	αρησ mars	
ημεισγαροιανθρωποσ nos enimhomi- nes	βαιτυλοσ abaldir	
omnes uiuimus	ερωσ cupido	
παντεσζωμεν ádeo	καρποφοροσ frugifer	
απο θεου dediis	εφιαλησ incibus	55
20 περιθεων deorum · nomina	αιων aeternus	
θεωννοματα dii propitii	δαιμων genius	
θεουλειοσ celestis terrestris	σιληνοσ ingenis ¹⁾	
ουρανοιεπριοσ marini	θεαωννοματα dearumnomina	
θαλασσιοσ deinferni	ρεα opis	60
25 θεοικαταχθονιοσ demones	ηρα iuno	
δαιμονεσ umbra	αφροδιτη ²⁾ uenus	
κκια saturnus	γη terra	
κρονοσ iouis	τυχη ³⁾ fortuna	65
Ζευσ iouis tonans	αρτεμισ diana	
30 Ζευσ βροντων iouis coruscans	σεληνη luna	
Ζευσαστραπτω iouis fulminans	δημητρα ceres	
Ζευσκεραυνιοσ iouis maximus	ληγω latona	
Ζευσ μεγαριοσ iouis specularius	ϊκισ isis	70
Ζευσ κτησιοσ ianus geminus	κορε proserpina	
35 πυλαιοσ	μοικαι musae	
[6 ^α] ορθωσιοσ stator	εκατη tribia	
	μνημη memoria	

1) inuus add. manus recens || 2) post η deleta est κ inter scribendum || 3) post η deleta est α inter scribendum ||

ηως aurora	ουρανος caelum	
νικη uictoria	αστηρες stellae	40
χαριτες gratiae	αχλuc caligo	
μυραι fata	νηφε nubes	
5 ερυνυες furiae	επινεφελον nubilum	
ανθοφορος flora	ευδια serenum	
ελπις spes	ομιχλη nebula	45
ενωω bellona	δροκος rós	
εστια uesta	βροχետος pluuia	
10 ευεβια pietas	χαλαζα grando	
ευτυχια felicitas	παγετος gelu	
ομονοια concordia	χιων νix	50
υγια salus	σταγυνες gutte	
ημερα dies	ψυχος frigus	
15 διημερας interdies	καιμα aestus	
νυξ nox	εαρ uer	
χθων tellus erotecw	θερος aestus	55
ιληθυια ¹⁾ nixa	φθινοπωρον autumnum	
αναρια uirtus	χιμων iemps	
[7 ^r] περσεφονη proserpina	ενιαυτος annus	
21 μητηρθων mater de um	μηνες menses	
Ἐ-αμφυτριτη solatia ²⁾	ημεραι pl; dies	60
δικαιοσυνη iustitia	ωραι horae ⁴⁾	
νηρειδες ueneriae	βροντη tonitruum	
25 πραξιδικη taberna	αστραπη chorseum	
λευκοθεα mater matita	κεραυνος fulmen	
πολυκτηφανος feronia	πρωϊ mane	65
πιστις fides	οψε sero	
αξια dignitas	διλε uesper	
30 προνοια prouidentia	Περιναων ⁵⁾ de aedibus templis	
ηως aurora	ναων aedis templa	
ηβη iubentia	ιερον sacrum	70
μεα mea	βωμος ara	
σωφροσινη puditia	θυσια sacrificium	
35 εντροπη reuerentiã; reuerentiã	θυμα hostia	
καρα gaudium ipsius	θυμιατριον turibulum	
φημη fama; insipientia	κτηφανοι coronae	75
Περιουρανοι ³⁾ Decaelo salomonis	ζοανα lã res	

1) u ex i corr. m. 1 || 2) salacia corr. m. recens || 3) De caelo etiam margo |
4) h postea add. m. 1 || 5) De aedibus etiam margo ||

	εικονες imagines	γενεθλια natalitia	
[7 ^u]	αναθεματα dona	Περιθεωριων ¹⁾ Despectaculis	
	ἱερευς sacerdos	θεωριαι spectacula	
	θυτης $\bar{\text{R}}$ poronarius aruspex	θεωρηται spectatores	
5	μοσχοτομος uictimarius	θεατρον theatrum	35
	μαντικ diuinus	ουδιον odium	
	προφητης ariolus	σκηνη scena	
	νεωκορος aedituus	καλιπισται tubicines	
	λιβανος thus	κηρικες euriones	
10	οιωνοσκοπος augur	πυθαυλαι pythaula	40
	πυρικ flamines	χοραυλαι charaulē	
	ἱερομνημον pontifex	κωμωδοι comedi	
	επωνδοφορος fetiales	τραγωδοι tragidi	
	κορυβαντης soli palatini	κιθαρωδοι citharedi	
15	κουρρητες collini	ορχικτης saltator	45
	Περιορτων Dediebus festis	χορος chorus	
	εορτη dies festus	αται cantores	
	ευχη uotum	κυρικτης fuscator	
	αργιαi feriae oratio	υδραυληαι organarius	
20	κρονιαι saturnalia	ψηφοπεκτης prestigiator	50
	διονυαια liberalia	κροτος lusus · manibulus	
	παναθηναια circuatia	κυρικμοι sibilis	
	ποσιδωνια ulganalia · neptunalia	σταδια stadia	
	ηφεατια caracognatio	δρομικ cursores	
25	οροτεια terminalia	παλεαται luctatores	55
	νηατια ieiunium	πανκρααιαααι pangratiastae	
	παρασκευα eena pura	πικααι pugiles	
	νεκυαια parentalia	ἵπποδρομοι circus	
	αιατιαια uestalia	ἵπποδρομια circenses	59
30	εννεωα nundinae	πωμπη pompa	[8 ^r]

1) Despectaculis et desp̄ēt̄ etiam margines ||

5. ab hac gl. accedunt codex Sangallensis = a et Harleianus = b, qui hanc capituli inscriptionem serauerunt: de officiis | μοσχτομος a. μοσχτομος b || 9. thus ab || 11. πυρικ b | flamine^us a. flamineus b || 12. ιερομνημων b || 13. επωνδοφορος feciales ab || 15. κουρρητης ab || 16. Dedibus b || 17. εορῆ a || 19. αρτια b | oratio om. ab || 21. διονυαια ab || 23. ulecanalia ab | neptunalia om. ab || 24. ηφεαα ab || 27. παρασκευα ab || 28. νηκυαια b || 29. διαατια b | uestalia ab || 30. nundinae ab || 31. γενεολια ab | natalicia ab || 34. θεωρηται ab || 36. ουδιονο Dium ab || 39. ευ- niones ab || 42. κωλλωδοι ab || 44. κυθαροδοι ab || 48. κυρικτης ab || 51. manibulus om. ab || 52. sibilis ab || 56. πανκραααααι ab || 60. πομπη ab ||

ιπαφυτης carceres	Περι · μελων ²⁾ Demembris
καμπτηρες metae	ανθρωπινων humanus
λευκη creta	ανθρωπος ³⁾ homo · ποσίς · maritus 30
ευοδοι area	γινη mulier · αλωχος · υχορ
5 βαθμοι gradus	παις infans · puer · γαμετης · υχορ
ηνιοχοι agitatores	νεανικκος iuuenis
δι,ιππιν uiga	γερων senex
τρι ιππιν triga	γραυς anicula 35
αρμα quadriga	ηλυκια aetas
10 εξα · ιππον sexiuges	θνητος mortalis
αμφυθεατρον amfitheatrum	ζωτικος uitalis
θηρια bestias · φερε	ζωη uita
κυνεγοι uenatores	ψυχη anima 40
μονομαχοι gladiatores · ξιφηρεις	πνευμα spiritus
15 πυκτεουσιν pugnant	αθμα alitus
Περιανεμων Deuentis	φωνη uox
ανεμος uentus	σωμα corpus
πνον aura	μελη membra 45
βορεας aquilo	αιμα sanguis
20 λιψ africus	χολη fel
νοτος auster	σιελος medulla ⁴⁾
απαρκιας septentrio	μυελος saliba
αποτιος aterra	μυξαι mucci 50
ουριος bulturnus	νευρα nerui
25 αφηλιωτης desolarius	φλεβες beene
χορος aequalis ¹⁾	κεφαλει caput
τλιξ turbor	τριχες capilli

1) aqualis *adscr. man. recens* || 2) Demembris et dem̄b etiam *margines* || 3) ω *pro o corr. m. 1* || 4) *numeri 1 et 2 adscriptis saliba et medulla transponi iussit man. recens* ||

1. ιπαφυτης *ab* || 3. λευκ^η *a* || 5. βδθμοι *b* || 6. ηνιοχοι *b* || 7. ιππιν ^βuiga (*bīga b*)
ab || 10. εξαιππον *a* || 11. αμφιτηατρον *ab* | ^hamfitheatrum *a* || 12. ^θηρια *a* | φερε *a* ||
13. κινεγοι. *a.* κινετοι *b* || 14. μονομαχωι *ab* | ξιφηρεις *om. ab* || 18. πνοη *a* ||
21. ^θνοτος *a.* νοθος *b* || 23. αποτιος *b* || 29. αντρωπινων *a.* ανθρωπινων *b* || 30. ανθρω-
πος *ab* | ποσίς·maritus *om. ab* || 31. αλωχος·υχορ *om. ab* || 32. puer·γαμετης·υχορ
om. ab || 33. νεαικος *ab* || 34. τερων *b* || 35. γραυς *ab* | annicula *ab* || 38. ζοτικος *a* ||
39. ζων^η *a.* ζον *b* || 49. saliba *ab* || 50. μυξαιπωσα *a* | μυξαι πωσσειραι nerui *b* ||
51. *gl. om. b:* cf. 50 | ner^ubi *a* || 52. φιλεβες *b* | uenae *b.* ^uhenē *a* || 53. 54. κεφαλει
caput, capilli *b et (capilli s. v.) a* | τριχες crispi *ab* ||

ουλαι <i>crispi</i>	γλωσσα <i>lingua</i>	
μελαιnai <i>nigri</i>	ουρανικος <i>palatum</i>	30
πολαι <i>cani</i>	κιονιc <i>columella</i>	
[8 ^u] πυρραι <i>rufi</i>	τραχηλος <i>collum</i>	
5 κρانيον <i>caluaria</i>	ωμοι <i>umeri</i>	
εγκεφαλος <i>cerebrum</i>	νωτοc <i>dorsum</i>	
βρεγμα <i>ocipitium</i>	μαcχαλαι <i>alae</i>	35
κορυφη <i>uertix</i>	κατακλειc <i>iugulum</i>	
υμην <i>membranum</i>	φαρυγγεc <i>fauces</i>	
10 μετωπον <i>frons</i>	λαρυγγ <i>gurgulio</i>	
οφρυεc <i>supercilia</i>	βραχιονεc <i>brachia</i>	
οφθαλμοι <i>oculi</i> ¹⁾	αγκωνεc <i>cubiti</i>	40
κανθοι <i>palpbrae</i>	μυεc <i>lacerti</i>	
κοραι <i>rupillae</i>	αρθρα <i>articuli</i>	
15 παριαι <i>genae</i>	χειρεc <i>manus</i>	
οφιc <i>facies</i>	δακτυλοι ⁴⁾ <i>digiti</i>	
ρυτιδεc <i>rugae</i>	αντιχειρ <i>polix</i>	45
ρωτων <i>nasus</i>	ονιχεc <i>ungues</i>	
γναθοι ²⁾ <i>buccae</i>	δεξια <i>dextra</i>	
20 <i>cia</i> γονεc <i>maxillae</i>	αρυcτερα <i>sinistra</i>	
γενυον <i>mentum</i>	κτηθοc <i>pectus</i>	
χνουc <i>lanugo</i>	μαcτοί <i>mammē</i> · Ζειζιν· <i>didā</i>	50
πωγων <i>barba</i>	πλευραι <i>latera</i> · βιζιν· <i>ubera</i>	
χιλη <i>labra</i> ³⁾	οcφρυεc <i>lumbi</i>	
25 cτομα <i>os</i>	λαγονεc <i>ilia</i>	
οδοντεc <i>dentes</i>	κερκιδεc <i>costae</i>	
μυλαι <i>molae</i>	ραχιc <i>spina</i>	55
ουλαι <i>gingibae</i>	κοιλια <i>uenter</i>	

1) *oculi in ras. pro palpbrae* || 2) *ante θ una littera inter scribendum deleta* || 3) *r ex i postea facta a m. 1* || 4) *v ex i corr. m. 1* ||

1. *om. ab* || 3. 4. *πολαι rufi b* || 5. *κρανιών a. κρανων b* || 7. *βρειμαός cipi-*
tium ab || 8. *κοριφη ab* || 9. ^{λλ}*υμην a. υλλην b* || 12. *οφθαμοι a* || 13. *palpbrae ab* ||
 15. *παριαi a | gene b* || 16. *οφιc ab* || 17. *πιτιδεc ab | ruge b* || 18. *πωτων ab* ||
 19. *γναθοι ab* || 20. *cia*γονεc *a. cia*τονεc *b | maxille b* || 28. ^u*gingibaē a* *gingiuae b*
 33. *umeri ab* || 37. *φαρυγγεc ab* || 38. *λαρυγγ ab* || 39. *brachium ab* || 40. *αγκω-*
νεc b || 42. *αρθρα b* || 43. *κειρεc ab* || 44. *δακτιλοι a. δαιτιλοι b* || 45. ^υ*ατιχειρ a |*
pollex ab || 46. ^υ*ονιχεc a. ονυχεc b* || 48. *αριcτερα ab* || 49. *κτηθοc ab* || 50. *māmae b |*
Ζειζιν· dida om. ab || 51. *βιζιν ubera om. ab* || 52. *l/////bi b* || 53. *λατονεc b |*
 56. *κοιλια ab* ||

εντερᾶ intestina	Περιφουσεω ⁴⁾ Denatura	30
επιπλους omentum	φουςις natura	
σπλην liens	μηκος status	
ηπαρ iecor	τυπος forma	
5 καρδια cor	ωραιοι tempestibus	
[9 ^r] πλευμον pulmo	καλος bonus	35
ομφαλος ¹⁾ umbilicus	κομπος ⁵⁾ bellus	
γλουτοι clunes	κακος malus	
προσθεσμα ²⁾ natura	μακρος longus	
10 ακροβυστια preputium	μικρος pusillus	
πυγαι nates	νανος humilis	40
προστος culus	αδρος grossus	
αρχος stalis	λεπτος gracilis	
ορχις colei	καθαριος ⁶⁾ mundus	
15 καρκες pulpae	λιπαρος pinguis	
κυστις uessica	ακαθαρτος immundus	45
νεφροι renes	ωχρος pallidus	
μηροι foemora	κυλλος maeus	
γονατα genua	χωλος elodus	
20 αγκυλαι concaebē · poples	τυφλος caecus	
σκηλη crura	πηρος orbis	50
αντικνημια ³⁾ tibiae	γλαυκος silus $\bar{\text{R}}$	
γαστροκνημια surae	σιμος caesius	
ποδες pedes	φαλακρος calius	
25 αστραγαλοι tali	κωμητης comatus	
πτερναι calcania	ανατριξ reburrus	55
ταρσοι plantae	ευνουχος spadon	
ιχνος uestigium	λιος lebes	
μεσοδακτυλα interdigitos	πωγωνιατης barbatus	

1) ομ ex ομ corr. m. 1 || 2) θ ex τ corr. m. 1 || 3) η pro ε corr. m. 1 || 4) Denatura et denat etiam margines || 5) ψ ex ι corr. m. 1 || 6) θ pro τ corr. m. 1 ||

2. επιπλοις a. θπιπλοις b || 3. σπλέν a | lien ab || 6. πλειμον pulmon ab || 8. γλουτοι clunes ab || 9. προσθεσμα b || 10. ακροβυστια ante corr. a || 11. πυγαι b || 12. προστος ab || 15. καρκες ab || 16. κυστις ab || 18. femora ab || 20. poples om. ab || 25. αστραγολοι ab || 26. πτερῶναι a | calcanea ab | in margine: uinigerus γγ Deest quaternio b || 28. ιχνος ab || 29. μεσοδακτυλα ab || 30. περιφουςις b. om. a || 34. tempesti^uus a. tempesti^uus b || 40. νανος b || 42. gratilis b || 45. ακαθαρτος a || 47. κυλλος a. κυλλος b | maeus ab || 51. γλαυρος ab | $\bar{\text{R}}$ om. ab || 53. φμακρος b | carbus ab || 55. rebursus ab || 56. ευνουχος ab || 57. lebes a. leues b || 58. πωγωνιατης a. πογωνιατης b ||

ψελλος balbus	αλφита pulenta	
κωφος surdus	ροφημα sorbitium	
κυρτος gibberosus	ηρτυμενον conditum	
πτιλλος lippus	ζωμος ius	
5 δραπητης fugitiuus ¹⁾	ζυμη fermentum	35
[9 ^α] μεθυκος ebriacus	κρεας carne	
κλεπτης fur	ωμόν erudum	
δικαιος iustus	εφτόν coetum	
ασθενης imbecillis	οπτον assum	
10 κραυγακος clamorosus	υπογαστριον abdomen	40
προγακτορ uentrosus	υποπλευριον armum · ακρωμιον	
αισχροσ turpis	ψιλοπλευρον ofella οφλαριν	
δακυς ²⁾ pilosus	ειμικεφαλιον semipitium	
πλουσιος diues	κωλεος colusium	
15 μετριος modicus	κοπαδια copadia	45
πηνης pauper	σκελις penna	
επετης mendicus	ονιχιν unghella	
Περιβρωματων Deescis ³⁾	χορδη corda	
φαγειν manducare	κοιλιδιν uentricellu	
20 επιμηνια cybaria	μετρα bulba	50
τροφια alimenta	οθαρ sumen	
ακρατικια iantaculum	αλλαντια locaniela	
αριστον prandium	φοσκια botellius	
διπνον caena	περιφωρα matia	
25 αρτος panes	εγκεφαλος cerebellus	55
σιλιγιον siligium	τυρος caseum	
καθαρον candidum	ελεαι olibae	
κιβαριον cybarium	ωα oua	
ψυχες micae	βοαλβοι bolbi	
35 αλευρον farina	κοχλιοι coehliae	60

1) uis pro bus corr. m. 1 || 2) u ex i corr. m. 1 || 3) deescis etiam margo ||

5. fugitiuus a || 6. ibriacus ab || 10. κραικακος (et u sup. scr.) a. κραυκακος b ||
 11. προγακτορ a. προγακτωσ b | uentrosus a || 18. Περιβρωματων a bis | Deescis
 om. b || 19. mandurae a || 20. επιμηνια b | cibaria ab || 21. τροφια ab || 22. iantaculũ a. lanticulum b || 28. cibarium ab || 29. ψυχες ab || 37. ωμων ab || 39. ωβτων
 ab || 41. υποπλευριον b | ακρωμιον om. ab || 42. ψιλοπλευριον a. υλοπλευριον b |
 οφλαριν om. ab || 43. ειμικεφμιον b || 44. κωλεος ab | colosium ab || 46. penna b ||
 49. uentricaelum b. uentricelum a || 52. αλλαντια a. αμαντια b | locanida b || 53. bo-
 tellus ab || 58. μα ab || 59. βοαλβοι ab || 60. coehliae ab ||

ελεον oleum	αφρον afrum	
γαρος liquamen	αγροικον rusticum	
οξος acetum	εψημα ²⁾ defritum	
[10 ^e] αλας sale	Περιδευτερα ³⁾ · τραπηζης · Desecun-	
5 γαλα lacte	da mensa	
μηλι mel	πλακουσ placuntaria	35
οπος lasar	ενχυτους libus	
σιλφουον lasaris radicem	εντυριτης simitillus	
Περι ποτοι ¹⁾ Depotione	μελιτωμα melitomata	
10 ποτον potio	τηγανιτης iucunculus	
πειν bibere	κοπτη copta	40
πιε bibe	οπωρα roma	
υδορ aquam	σταφυλη uba	
ψυχρον frigidum	σταφυλ̄ uaparassa	
15 χλιαρον tepidum	τροβιλια nuelei	
νεαρον recentem	σικα ficus	45
συνκεραστον temperatum	σχαδης caricae	
ζεστον feruentem	φοινικες palmae	
ουνον uinum	τραφηματα bellaria	
20 παλλιον uetus	καροια nuces	
αγραστον merum	λοπιμα castaneae	50
υδαρες aquatum	σικαμινα more	
γλυκυ dulce	κοκκυμηλα pruna	
χρηστον suaue	απιο pyra	
25 γλευκος mustum	μηλα mala	
γαλακτωδ̄ς egelidum	ροα granata	55
καμπανον campanum	κυδωνια cotonea	
βιθυνον bithinum	αχλαδες mespila	
σικελον siculum	Περικρεως decarne	
30 κρετικον creticum	κρεας caro	

1) de potione etiam in marg. || 2) ante η deleta est o incepta || 3) De secunda mensa etiam margo ||

5. Ὑ γαλα α || 7. laser b. lasar a || 8. lassaris ab || 9. Depotione om. b || 14. ψυχρον ab || 17. σνκεραστον b. σνκεραστο^ν a | temperamentum ab || 19. οινον b. οῦνον a || 24. ρρηστον b || 25. τλεικος ab || 26. γαλακτοδες ab || 28. βυθυνον ab || 32. ακροικον a || 34. περι δευτερας desaec̄da τραπηζης mensa a et, nisi quod τραπηζης, b || 35. placuntaria a || 36. ενκυτοις b || 39. iucunculus ab || 41. ορωρα ab | roma ab || 42. σταφυλη b || 43. σταφυς ab | uba a || 45. σικα b || 49. καρῶια a || 50. λοπομα a ante cōrr. || 53. pyra ab || 56. κιδωνια ab || 58. κρεας ab | decarne om. b ||

χοιριον porcina	γονγίλαι rapae	30
δελφακιον porcellina	σταφυλινοι pastinacae	
[10 ^{us}] αιγιον ¹⁾ caprina	μαραθρον arpetillum	
αιριφιόν aedina	πρασα porri	
5 προβατιον uerbecina	κρομια cepe	
αρνιον agnina	σκορδα aleum	35
βοιον bubula	αναραφαξ atriplex	
μοσχιον uitellina	θρωξιμα escariolae	
συακριον apruna	ευζωμα ⁴⁾ eruca	
10 ελαφιον ceruina	πετανον ruta	
λαριον leporina	εδουομον menta	40
χενιον anserina	κελινον apium	
Περιλαχανων ²⁾ Deoleribus ³⁾	μινθε perete	
λαχανα olera	ιπποκέλινον olusatrum	
15 καυλια colieula	ανινθον anethum	
μαλαχε malbe	γλεχων poleium	45
σειτλα beta	θρυμβα satureia	
ελιον asparagum	κνιδες urticae	
κιναραι cardi	Περιίχθυσον ⁵⁾ Depiscibus	
20 λωβια fasioli	ιχθυσ pisces	
απυρινον lappa	σκαρως scarus	50
κολοκινθαι cucurbitae	τριγλαι nulli	
κικιδια cucumeres	καριδες scullae	
πεπων pepo	κεφαλοι mugiles	
25 θριδακες lactucae	οπισκος aselli	
σθερις intiba	λαβραξ luppus ⁶⁾	55
ραφανοι radices	βουγλωσσον solea	
ραφαναδες armoratia	χρυσοφοι aurata	
βουνιαδες napi	συνοδοις dentix	

1) γ *in rasura pro c m. 1* || 2) De oleribus et deot etiam margines || 3) r *in ras. pro b m. 1 corr.* || 4) v *ex i corr. m. 1* || 5) Depiscibus etiam margo || 6) priorem b *superscr. m. 1* ||

